

verum, & non potest tribuere solum unam partem diversitatis, quin totam adiu ad ipsum terminato tribuat; atqui obiectum materiale quoque est in se diversum, nec potest communicare partem diversitatis sine altera, quia hæc quasi communicatio est necessaria, & indivisibilis, ergo debet obiectum materiale diversificare, non secus ac formale. Tum 7. quia si potest diversificare, ut uterius dicitur, nec ab obiecto formali diversitatem, poterit etiam materialiter diversitatem utriusque diversificari actum, & materialis. Tum 7. quia negari nequit in ordine ad prudentem estimationem nobiliter differre actum, quo quis vult ob Deum fumme dilectum vitam profundere actu, quo eundem finem vult moderate bibere, sed hi actus differunt solum in obiecto materiali, ergo diversitas huius obiecti sufficiens est ad diversificandoscactus in specie. Tum denique quia quisneget diversos esse in specie discursus inferentes ex istisdem præmissis valde diversas conclusiones? certe qui hoc negaret, facilius etiam posset negare, non differre inter se specie actus inferentes eandem conclusionem ex diversis principis, ergo dicendum est ab utroque obiecto actus, & potentias diversificari; sic arguit Arriag. loc. cit.

61 Resp. neg. conseq. quia intra lineam differentie individualis datur magis, & minus; nam utique magis differunt album ut sex, & album ut tria, quam duo alba eiusdem intentionis, & tamen hæc, & illa non nisi numero differunt, licet illa magis accidentaliter differant ex diversitate intentionis. Ad 2. neg. minor cum probatione, quod enim visio unius albi ita limitetur ad illud, ut non possit idem numero manens terminari ad alterum album, procedit ex eius individuali differentia, non ex eius essentia, & natura, ratione cuius est potius eisdem omnino rationis cum visione alterius albi, & solum essentialiter fecerunt à visione nigri, aut alterius coloris specie differit. Ad 3. neg. assumptum, cum enim obiectum materiale, & formale, seu primarium, & secundarium eodem actu attinguntur, quod esse possibile offendit Dodor r. d. 1. q. 2. & Bassol. adhuc magis luculenter 2. d. 38. qu. un. tunc respectus attingentia ad obiectum secundarium est omnino accidentalis, & superadditus actui, ut docent ibidem; quando verò sunt diversi actus respectu utriusque obiecti, etiam si respectus attingentia in actu sit et realiter identitatis etiam in ordine ad obiectum materiale, ideoque

illud non respiciat per respectum ei realiter superadditum, adhuc tamen negatur, quod ita essentialiter actum respiciat, ut ab eo speciem sumat, hanc enim à formaliter duntaxat obiecto delimitat, à materiali vero ad summum unitatem formæ numeralem, aut distinctionem. Ad 4. patet per idem, ideoque ex obiecto materialis variatione, si actus mutatur, non nisi variationem numeralem suscipere potest. Ad 5. obiectum formale diversificat actum, non ex eo simpliciter, quia fit in se diversum, sed quia principaliter, & ex insititudo respiciat ab actu, ut obiectum materiale materialiter solum, & secundario, ac veluti per accidens recipitur, & hinc est, quod etiam si diversificetur, non potest in actu refundere diversitatem saltem specificam, & essentialem. Ad 6. conceditur conseq. sed negatur obiectum materiale essentialiter ab actu respiciat. Ad 7. notabilis illa differentia inter illos duos adus profundius in sanguinem, & moderate bibendi ex motivo amoris Dei non transcendit specificam accidentalem; nam in essentiali bonitate profus conveniunt, cum ambo sint in specie charitatis essentialiter, vide disput. 7. qu. 7. art. 1. Ad ult. concessio antecedente neg. conseq. quia saltem est, quod in argumentum supponitur, præmissas esse obiectum formale scientie, & conclusionem materiale, ipsa enim est proprie obiectum formale scientie, ut fusc in Log. demonstrativus disp. 12. Denique hæc argumenta, si bene penitentur, nedum probant diversitatem obiectorum materialium sufficere ad diversificandoscactus in specie actus, etiam si obiectum formale sit unum, & idem, atque ideo duas cogniciones tendentes in duo obiecta materialia specie distincta, ut si specie diversis, etiam si sint sub una ratione formali, sed pariter quoque probant unitatem obiecti materialis sufficere ad unitatem specificam actum, etiam si obiecta formalia sint diversa, & sic tenentur dicere Adverfarii, quod duo discursus eandem inferentes conclusionem ex diversis principis essent eisdem specie, quia obiectum materiale in isto casu, quod secundum ipsos est conclusio, respectu præmissarum est unum, & idem, quod tamen nec ipsi concedunt; Quod si dicant in tali casu actus diversificari specie ex diversitate obiectorum formalium, tunc contra ipsos arguatur, quod obiectum materiale, & hinc tamen respiciatur essentialiter, ideoque suam in actu unitatem, vel diversitatem refundere debet, unde ex hoc capite Adverfarii quoque tenentur argumenta illa dissolvere.

DISPUTATIO TERTIA.

De Habitibus actus.

Anequam ad potentias, & actus animæ in speciali descendamus, præsentem disputationem præmittimus, eoque ut videbitur, habitus se habet ut principium saltem minus principale cum potentia ad producendoscactus; loquitur autem de habitibus naturalibus, hoc est naturaliter acquisibilibus; non de supernaturalibus, qui solum à Deo producuntur.

QUESTIO PRIMA.

Quæ datur, & quid sint habitus.



omen habitus hic non sumitur in ea significatione, qua usus est Arist. in prædicamento qualitatis primam speciem assignando, sed pressius accipitur, ibi enim per habitum intellexit omnem illam qualitatem dependentem subiectum ad agendum, quæ tamen difficile removeatur à subiecto, illique firmiter adhaereat, five illa radicatio proveniat ex frequentatione actuum, five ex diuturnitate temporis, five ex peculiari ratione subiecti, five quia est talis naturæ, ut apta sit firmiter hæerere, qualis ponitur scientia; at hic in prima tantum acceptione sumitur, scilicet pro qualitate dependente subiectum ad agendum, non quidem quod det illi simpliciter agere, quia ratione species obiecti multoties nomine habitus sortitur, ut notat Scot. 2. d. 3. quæst. 10. E. sed quod det illi melius agere, unde necessaria secundum quid dicitur, ubi species est necessaria simpliciter, quæ qualitas ex frequentatis actibus fit radicata in subiecto.

Quod verò datur isti habitus, est communis sententia cum Scoto passim citando in hac disp. præsertim p. dist. 17. q. 2. & 3. d. 34. G. & patet experientia, etenim videmus homines usu acquirere facilitatem quandam agendi, quam prius non habebant, ergo aliquam formam de novo habent; non enim hæc facilitas potest esse quædam impedimentorum remotio, ut quidam dixerunt; nam si quis haberet impedimentum ad aliquoscactus eliciendoscactus, scilicet virtutis, non ideo esset impeditus ad oppositos actus virtus, imò magis promptus esset, & tamen videmus homines in principio tam promptum agere acquirere ex frequentatione actus mali, quam ex continuo usu bono ergo illa promptitudo non est mera negatio, sed positiva aliquid; eo vel maxime quia tantum inclinatur ad similes actus, ex quibus generatur.

Ex his elicitur definitio habitus, quod sit, qualitas quædam de prima specie qualitatis, permanens, disponens subiectum, non quidem ad simpliciter agendum, sed ad promptè, faciliter, & expedite operan-

dam, ex frequentatione actuum acquisitam potentis animæ, ita colligitur ex Scot. 4. d. 6. q. 10. O. Quod fit qualitas, patet, quia cum fit aliquo modo activa, non potest ad aliud accidentis genus reduci. Quod ad primam speciem pertinet, est clarum ex dictis in Log. disp. 7. q. 3. art. 2. quia in hac specie qualitates ille collocatur, quæ dependent subiectum ad agendum, sed ab extrinseco proveniunt; nam quæ intrinseco competunt, in secunda specie reponuntur. Dicitur permanens, ad differentiam actuum, qui cito transeunt, & cum dependentia continua ad potentiam in consuetudine manent. Dicitur disponens, & c. ad explicandum munus ipsius ut supra diximus, & ad differentiam qualitatum non dependentium subiectum ad agendum. Quod verò aliqui addunt cum Arist. 5. Met. 2. quod fit disponens ad bene, vel malè agendum; hoc potius est divisio habitus, quam definitio; tum quia sufficit genus actionis assignare, præcipue quia secundum Scotum sicut datur in genere moris actus indifferentes, nec boni, nec mali, ita ex illis poterunt generari habitus indifferentes. Dicitur ex frequentatis actibus acquisita ad differentiam habitus insus, quia à Deo immediate infunditur in anima.

3 Tandem additur in potentis animæ; quia de subiecto habituum potest esse duplex opinio, vel quod fit essentia rei, vel potentia. Verum loquendo de habitibus acquisitis communis est serè omnium sententia in potentis, non in essentia immediate subiectari, ita ut essentia fit subiectum remotum, potentia subiectum proximum, seu essentia fit subiectum Quod, potentia subiectum Quod, ita Scot. 2. d. 33. M. & in 2. d. 26. & in 4. d. 5. qu. 1. & 4. 49. qu. 2. 1. ubi & si de habitibus insus loquitur, doctrinam tamen generalem affert; Prob. quia res active sunt in duplici differentia, alique enim agunt immediate per essentiam, ut sunt innata, quæ potentias distinctas formaliter non habent, ut diximus disp. præced. quæst. 1. art. 2. vel per potentias agunt, ut animata; primi generis nullo modo recipiunt habitus ex Arist. 6. Eth. cap. 1. dicente nihil eorum, quod vult natura aliter, assuecit, ut lapidem ferri sursum, aut ignem deorsum; rationem assignat Scot. 2. dist. 3. q. 10. K. quia habitus non generatur in summe determinatis ad actus, & quæ omnino violentè ad-

oppo-

oppositos actus se habent, ut patet, ergo & c. hinc à posteriori videmus, nunquam lapidem ex continuo ferri sursum, vel deorsum magis habilitari, & disponi; nec aquam, ex eo quod sæpius se infrigidat, acquirere habitum. Accedit, quod habitus non nisi per actus immanentes generantur, at in non viventibus tales actus sunt vel motus, ut in gravibus, & levibus, vel primæ qualitates, aut alie ex his provenientes; at motus non potest habitum producere, ut dicemus; nec primæ qualitates, aut alie causatæ ex primis, quia subiectis conveniunt in determinata intentione, & si daretur habitus ad illas, tunc naturaliter subiectum seipsum intenderet ultra propriam naturam, quia potentia habitata intensius operatur, quam non habitata; & hæc est ratio, cur non dantur habitus in rebus summe determinatis, requiritur enim aliqua indeterminata saltem ad intentionem actus, ut q. seq. dicemus. Neque dicas, quod citius operetur, & fit non intensius; quia nec talem maiorem velocitatem experitur.

4 Animata verò non recipiunt habitus in essentia, sed in potentis, quia ut ait Scot. 2. d. 26. cit. quando aliqua forma est indeterminata secundum virtutem activam ad plura, illud, quod præcisè respicit unam actionem determinatam, non respicit eam, in quantum est indeterminata, sed in quantum est potentia determinata respectu alicuius actionis, aliter posset eam perficere in ordine ad quemcumque actum suum, & sic esset indeterminatum; quod est falsum, sed anima est indeterminata secundum plures potentias ad plura producenda, habitus vero ad unam speciem actionis, ut patet, ergo & c. Tum quia actus, & habitus in eodem subiecto existunt, quia actus habitum producit, & habitus ad actus concurrunt, sed omnis adus immediate est in potentia, ergo & c.

5 Solum posset dari de habitibus insus, quoniam secundum Thomiam gratia est quidam habitus immediate in essentia animæ subiectatus; at tamen hæc difficultas pendet ex alia, non scilicet habitus charitatis, & gratie realiter distinguantur; nam si negativa opinio asseratur cum Scoto 2. d. 26. negandum quoque erit immediate recipi in essentia animæ, sed potius in essentia voluntatis, sicut charitas; si vero cum Thomiam asseratur, sic posset sufficere essentiam animæ immediate gratiam recipere; sed tenetur quoque fieri gratiam habituale non concurrere immediate ad actus supernaturales, qui à potentis emanant; præcipue secundum ipsorum placitum potentis potentia esse realiter ab anima distinctas. Quapropter dicendum habitum omnem five insus, five acquisitum, qui ad electionem actus concurrunt, reperiiri in proximo, & c. immediate principio actus propter rationes assignatas. An verò possint dari alii habitus non influentes in actus, nec in potentis recepti, non est præsentis negotii.

Possit quoque contra istam definitionem instari quibusdam auctoritatibus Arist. quibus videtur habitus reponere in prædicamento relationis, præcipue 7. Phyl. 17. sed iam sæpius solutæ sunt tum disp. 1. Phyl. tum disp. præced. q. 2. Dices etiam, Arist. 5. Met. 2. docet habitum etiam ad se disponere, unde fatentem, temperamentum, & similia habitus vocat. Sed dicendum Arist. ibi habitum fuisse in tota latitudine, & generis: nos verò de quadam specie habitus hic loquimur, ut ininitium sum. 1.

QUESTIO II.

Quæ potentia sint habituum capaces.

6 Multiplices potentie assignantur in viventibus iuxta pluralitatem animarum, ut in disp. seq. videbimus, primò triplicem, & augmentativam solent dividi, deinde ad sunt potentie sensitive tam externæ, quam internæ, tam cognitivæ, quam appetitivæ, ac etiam potentie loco motivæ, five in homine reperiuntur, five in brutis; de his omnibus potentis rationales, scilicet intellectus, & voluntas; de his omnibus potentis sensitives, scilicet intellectus, & voluntas; & ut ab ultima incipiamus: Negant aliqui recentiores apud Arriag. disp. 9. de An. sect. 3. habitus generari in voluntate, quod videtur etiam docere Ockham quod 3. qu. 17. at Div. Thom. 1. part. q. 40. ar. 5. absolute negat habitum in voluntate circa bonum in communi, ad quod voluntas secundum ipsum est naturaliter determinata. In intellectu negant universaliter habitus quidam Thomiam, Arriag. cit. sect. 3. Hurt. disp. 16. de An. sect. 3. Alii verò specialiter negant habitus, vel circa prima principia, q. 3. de habitibus punct. 1. Palat. 3. d. 33. q. 1. Ricard. art. 1. q. 2. Dur. 1. d. 24. q. 1. & ex noltris Bassol. d. 39. q. un. art. 2. vel negant circa res probabiles, & obcuras, eo quod opinio non est de re qualitas firma, & stabilis, ita Scotus in prædicam. qual. & Val. q. 1. de habit. punct. 1. Potentis sensitivis internis, tam cognitivis, quam appetitivis negant habitus Hurtad. & Arriag. cit. utem Suarez disp. 44. Met. sect. 3. Almain. 1. moral. cap. 17. Vals. in brutis 78. Moril. in prædicam. qual. maxime, ut reperitur Martyr. d. 37. Angel. c. 5. mor. 6. r. concl. 9. Salas 1. 2. tract. 10. sect. 2. sect. 2. & 7. Locca de habit. disp. 5. Guevara lib. 2. de inter. sent. tract. 5. & 6. quos citat, & sequitur Averia q. 49. sect. 2. Locca: potentie præter citatos de sensitivis negat etiam habitus Averia citatus, tribunt Ockham, Gab. Major, Almain. apud Averia citatus; A potentis tandem sensitivis externis, & ve-

Maffrii, & Belluci, De Anima. Tom. III.

getativis universaliter, tam Theologi, quam Philosophi auferunt habitus.

7 Dicimus primò potentias rationales, & sensitivas internas, five in hominibus existant, five in brutis, esse vere habitabiles in ordine ad quodcumque obiectum. Ita Scotus 3. d. 32. Pro cuius probatione videndum est, quod requiritur, ad hoc ut aliqua potentia sit capax habitus. Hurt. docet requiri necessarium, ut potentia seipsa sit indifferens, libera, & nullo modo determinata ad actus, quia si est necessaria, positò obiecto, & omnibus prærequisitis ad agendum statim agit, & quantum potest, ergo non erit capax habitus, qui ad expeditus, & promptus agendum datur, etiam positò omnibus requisitis ad actionem.

Sed contra, quia videmus, intellectum usu, & consuetudine facilitari circa aliquos actus, ut patet præcipue in prædicis, stante enim perfectissima cognitione regularum artis, & scientie, adhuc intellectus non promptè, & expedite illas applicat in principio, sed exigitur aliquis usus, ex quo acquiritur facilitas progressu temporis, quæ facilitas erit habitus, & tamen intellectus est potentia naturalis, & necessaria. Resp. facilitatem illam provenire ex imperio voluntatis, vel ex majori specierum perfectione acquisita ex reiteratione actuum.

8 Contra, quia secundum omnes Theologos datur in intellectu fidei acquisita, quæ est facilitas quædam ad silentiendum rebus fidei ex testimonio humano: quæ facilitas non provenit totaliter à voluntatis imperio, quia ut probat Scot. 3. d. 22. G. aliqui sunt, qui vellent magis assentire, & tamen minus adfuit, ut cum pecebant Apostoli Luc. 17. Dominus ad nos fidei fidei tamen potest esse sermo de fide insula, sed idem proportionaliter de acquisita dicendum) ergo intentio, & major facilitas in credendo non est ex voluntatis imperio, dantur quoque alii habitus, ut ars, prudentia, scientia, & c. qui nequeunt esse species rerum ex reiteratione actuum perfectius repræsentantes obiecta; nam species non inclinat intellectum, nisi ad cognitionem propriorum obiectorum, quæ repræsentant, at facilitas de novo ab intellectu acquisita per usum non tantum inclinat intellectum ad cognitionem rerum prius cognitatum, sed omnium consilium. Tum quia species non se tenet ex parte potentis, sed ex parte obiecti, unde concursus speciei est omnino alterius rationis à concursu potentie, ergo quantumcumque augeatur, & pernicatur species, non poterit intrinsece facilitare potentiam ad agendum; nec est verum, quod ait Arriag. speciem se tenere ex parte utriusque. Non est verum, quia sic nobilior esset species, quam potentia, quia eminenter contineret concursum obiectivum, & potentiam, quod est falsum; prima conseq. prob. quia nequit res unius rationis intendi ab alia alterius rationis, obiectum, & potentia sunt omnino alterius rationis, & unum nequit per aliud impleri. Tum quia species in intellectu nunquam corrumpuntur, ut suo loco dicemus, at facilitas illa potest destrui, imò potest facilitas ad oppositum actum acquiri, ergo facilitas est à speciebus distincta, patet conseq. nam species contrarie etiam intensissima simul manent in intellectu, & tamen nequit intellectus esse intensè propensus ad assensum, & dissentium; vide disput. 6. par. 7.

9 Idcirco aliqui asserunt, de quibus videtur esse Suarez cit. quod ad hoc ut potentia, sit habitabilis, non requiritur necessitè indifferencia libertatis immediata, sed indifferencia ad plura, & hoc vel quia in eliciendis actibus patitur difficultatem, ut est intellectus; vel quia rationi, & voluntati subdicit, ut sunt potentie sensitive tam apprehensive, quam appetitive in homine; nam appetitive secundum se naturaliter inclinatur ad sensibilia, delectabilia, & ex subordinatione habent quædam inclinationem appetendi illa, non solum ut delectabilia, verum etiam in simpliciter bona hominis iudicantur scilicet in ordine ad rectam rationem; apprehensive verò non solum ab obiecto moveri, & determinari possunt, verum etiam ex imperio rationis, & hoc est fundamentum, cur negant habitus in brutis, quod simpliciter ad unum sunt determinata, & ab obiecto tantum moveri possunt, quare se habent ut lapis ad descendendum.

10 Sed primò quoad intellectum sequeretur in nobis non gigni habitum quoad prima principia, circa quæ nulla adeo difficultas; neque in Beatis esse aliquem intellectualem habitum propter eandem rationem. Tum quia difficultas illa non provenit ex parte potentie, sed quia obiectum non est clarò oblatum, quoniam difficultatem possent quoque habere potentie sensitive brutorum, quoniam difficultas hic, & ibi. Quoad indifferenciam ex subordinatione impugnat hanc opinio, quia libertas illa participata licet conferat ad habitandam potentiam, non tamen videtur necessaria, etenim ex hoc quod appetitus sensitivus rationi subdatur, non ideo aliquid ab illa recipit, sed solum ad imperium rationis per naturalem sequalem operatur circa obiectum, ad quod est naturaliter inclinatus, & intrinsece naturaliter operatur, solum extrinsece agit liberè, ergo stante ista opinione intrinsece appetitus non erit habitabilis sed extrinsece, quod est intrinsece liberè operari, non per libertatem sibi inexistentem sibi, sed intrinsece voluntari, ita habitabilis erit, non per habitum sibi inherentem, sed voluntari; patet conseq. quia si indifferencia libertatis requiritur necessitè ad habitum, eo modo quo indifferencia alicui potentie convenit, pariformiter, & posse habitari. Accedit, quod actus producit habitum, non quia potentia est ad oppositos actus indifferens, sed ex propria natura, & per accidens

D 4

videns est respectus actus, quod potentia sensitiva subdatur rationi, & participet indifferentiam, quia si non esset potentia indifferens, adhuc actus haberet eandem entitatem, & ad hanc virtutem, ergo, indifferencia ista non est simpliciter necessaria ad recipiendos habitus. Ex quo sequitur legem ad dicendum de potentis brutorum, quae ferè sunt eisdem rationis cum potentis humanis sensitivis; quare vel solum in voluntate erunt habitus ponendi, vel si in aliis humanis potentis reponuntur, etiam brutis erunt concedendi.

II. Afferimus igitur, quod habitus ex dicendis infra, ponitur in potentia, ad hoc ut facilius, promptius, citius, & intensius operetur potentia, non quod necessario omnia ista debeat causare in potentia; sed sufficit aliquod istorum, quia potentia, quae natura sua producit instantaneam actum, etiam si habitata sit, nequit natura operari, quare potentia illa habitabilis erit, quae vel alicuiam partem difficultatem in operando, ut promptius, & facilius quam patitur difficultatem ad unam partem se determinat; vel tandem si nullam patitur difficultatem, nec est ad plura indeterminata, adhuc tamen potest intensius operari, ita ut si non reprobant ipsi actum intensiorem supra proprias vires habere, de veris dicere, quod fit habitabilis, ut intensius operetur. Quoniam vero potentia fit talis, nequit a priori cognosci, sed tantum a posteriori, quando scilicet videmus, potentiam ex frequentibus exercitatione licet eadem omnino permaneat, perfectius tamen operari, signum evidens ipsi non reprobare actum perfectiorem, & esse habitabilem. Quae doctrina colligitur ex Scot. d. 3. q. 10. ad 2. pro prima opinione, ubi dubitative loquens ait, quando potentia est summe habitata, non esse habitam receptivam, fuscus vero quando non est summe habitata; per hoc autem quod est esse summe habitatum intelligitur, ut inquit Lich. ibid. esse ex sua natura determinatam potentiam ad recipiendos actus determinatam perfectionis, & intensiorem, ut etiam non obscure insinuat Scot. 3. d. 33. D. ad altera parte secundum Scotum datur potentia, quae potest habere actum intensiorem, quam seipsa possit elicere.

III. Haec doctrina postea pro majori, subiungimus minorem ad probandum conclusum, quod quilibet est habitabilis; & quae habet indifferentiam liberam; & est ad contrarios actus, & obiecta, item potest intensius, & remissius operari, & videmus, quod ex frequentu uti intensius operatur, idem appareat de intellectu, ut dictum est; & de appetitu sensitivo in homine idem est evidens, qui enim rebus sensibilibus saepius vacat, magna difficultate retrahuntur ab illis, & maxima facilitate prosolvuntur illa. De cognitiva prob. ex Scot. d. 1. q. 10. ad 2. dicitur, quod per se patet experientia, quae ut diximus de intellectu species non inclinatur indeterminate ad omnes actus similes, sed ad propria obiecta; ad facilius in memoria juvat non solum ad res cogitatas, sed etiam ad alias de novo apprehendendas. Neque dicas cum Arriaga ex frequentu uti puriores signi spiritus, purgare organum excrementis, & ex alio oriri facilitatem illam. Non valent enim excrementa, quae non consistit in spiritibus, sed in toto consuetudine ex organo, & potentia animae, in quo species redire debent, & ipsa immediate operatur facilius, & intensius, ergo verè acquirit novum habitum. Tum quia spiritus facillime exhalant, & transiunt, unde ferè spatio paucorum dierum quali totaliter renovantur, unde ex perfectione ciborum poterunt perfectissimi spiritus generari, adhibita etiam corporis purgatione medio aliquo medicamine, & tamen non istam experimur facilitatem in memoria, nisi post longam actum exercitacionem, ergo facilius est quid distinctum a spiritibus perfectis. Ex quibus prob. de potentis brutorum, quae ex parte videmus bruta de novo affluere in potentia, & ex alia parte videmus, quod magis ad usum operantur, non erunt ipsi denegandi habitus; hinc Arriaga. Met. c. 1. dicitur brutis quodammodo prudentiam, & disciplinabilitatem convenire, & D. Aug. lib. 83. qq. 36. ait animalia bruta consuetudine fieri mansueti, & domita. Fatemur tamen perfectiores habitus reperiri in potentis sensitivis humanis, & circa plura obiecta, sicut quoque perfectius ex seipsis sunt operative.

III. Dicimus secundò, potentiam vegetativam, & sensitivam externam non recipere habitus, neque potentiam loco motivam, five in homine sunt, five in brutis, est communis, & prima pars de potentia vegetativa probari potest ex Scot. d. 1. q. 10. K. ubi universaleriter docet potentiam esse ad unum determinatam non habere habitus, sed potentia vegetativa est huiusmodi; nam videmus experientia ex continuatione nutritionis nullam facilitatem de novo acquiri, imò potius debilitari. Tum quia talis habitus, cum sit accidens, non potest inclinare, & concurrere ad nutritionem, quae est substantialis, sed tantum ad alterationem praeparatam, quae fit mediis primis qualitatibus, ad quas non dari habitum, diximus q. praec. Secunda pars de sensitiva probatur, quod si habitus esset, nisi quatenus modo perfectus, nunc imperfectus applicaretur obiecta, vel quatenus media virtute motiva imperio voluntatis subdatur, & tamen in virtute motiva

non datur habitus, ut dicemus, ergo, &c. hinc Arriaga. 2. Eth. c. 1. dicitur, Non enim ex eo quod sapit vel videmus, vel audivimus, sensus, & videmus, & audivimus accipimus.

IV. De potentia tamen motiva est diffiduum inter Scotistas; nam praecipue Vulpes 2. p. tom. 3. disp. 103. art. 4. affirmat, fretus Scoti auctoritate in 3. d. 33. M. respondendo ad 2. obiectiorem contra decisionem quaestionis, quae talis erat, si ex hoc, quod appetitus sensitivus voluntati subiciatur, est receptivus habitus, ergo etiam in parte corporis frequenter mota ex voluntate imperio potest generari habitus, & etiam in inanimatis, & irrationalibus, in quibus voluntas potest esse habitus, sicut patet in manu scriptoris, & cytharadi, manus enim in exercitacione inhiabit in illa facilitate, quae est ad cytharizandum, exercitacione autem est habitus, conceditur autem hoc ulterius de irrationali, ut de equo ad actus quosdam, ad quos est affluendus, sed in merè inanimatis non invenitur, haec Scotus.

V. Attamen verior est negativa sententia cum eodem Scoto in 4. dist. 49. qu. 14. G. & seq. ubi loquens de agilitate corporis gloriose negat ipsam esse habitum quendam, & formam reddentem corpus ad expeditum, & aptum localiter movendum, sed tantum esse ablationem duplicis impedimenti ex parte corporis, unum est in juncturis, & organum membrorum, & nervis, qui magis flexibiles, & subtiles erunt, ex quibus sequitur major tractabilitas, & applicabilitas ad motum, alterum in corpore, quod est repletum humoribus grossis, & caput fumositas, & multis talibus, quae reddunt hominem pigrum; & haec autem amovebuntur, & spiritus boni, & subtiles dabuntur, per quos reddetur corpus gloriosum multum agile ad motum. Quam opinionem probat, quia nulla qualitas dari potest, alicuique motum vel actionem, inclinare quoque ad determinatum motum, & determinatam actionem, & hoc patet de forma nobilissima, quae est charitas, ergo forma imperfectior non potest esse indeterminate ad quodlibet ubi; talis autem foret habitus iste in potentia motiva generatus. Nec valet responso Vulp. dicens discrimen esse, quia virtus motiva animae pro hoc flatu est imperfecta, & ideo potest pro habitu perfecti, & intendi, ut in Beatis est perfecta, & intentia, idcirco habitus est supervacaneus. Non valet, quia omnes potentiae in Beatis sunt ipsam, & tamen sunt capaces habitum, etiam secundum ipsam, ergo idem dicendum de motiva potentia. Accedit principaliter, quod habitus acquiritur generatur ex frequentatis actibus a potentia elicitis, sed actus potentiae motiva nequeunt generare habitus, ergo &c. prob. min. tales actus sunt motus locales, sed motus localis five formaliter, five materialiter sumptus scilicet pro forma fluente, quae est ubi acquiritur, non habet talem virtutem, sicut est respectus, ex dictis in Phys. qui est qualitate imperfectior, & de genere sterilium, ergo &c.

VI. Ad auctoritatem igitur Scoti dicimus, Doctorem perum ibi curatelle hoc quaestum decidere, intantum enim fuit erat offendere voluntatem esse verè subiectum virtutis, & hoc deducit ex concessis ad adversariis dicentibus dari habitus in appetitu sensitivo, ergo inquit Scotus multo magis in voluntate, quae est sensitivus appetitus imperativa, & determinativa; ex quo licet adversarij inferebant dari quoque habitus in potentia motiva, ergo quia ipsa voluntati subiacet, & admittit hoc Scotus, quia nihil contra suum principale intantum inferunt, unde semper dicitur. Ad exemplum verò de habitate in manu acquista ad cytharizandum dicitur ex ipso Scoto in 4. citat. habitatem illam solum esse ablationem quandam impedimenti assignati, sicut in instrumentis quibusdam artificialibus contingit, quae in principio non ita rectè inserviunt, sicut progressu temporis, quo magis temperantur, & disponuntur.

VII. Contra 1. conclus. objic. primò, quod non datur habitus in voluntate; Tum quia habitus naturaliter agunt, voluntas autem liberè operatur, ergo nequeunt concurrere ad actum liberum. Tum 2. voluntas non fertur in incognitum, illa major intentio proveniens est habitu esse incognita. Tum 3. quod non datur in intellectu circa prima principia, prob. quia circa illa est summe determinatus, unde nequit circa illa contingere error; & quod neque datur circa res opinabiles prob. quia habitus est qualitas firma adhaerens potentiae, opinio verò per hoc a scientia distinguitur, quod haec firme adhaeret, non illa. Tum 4. quod non datur in brutis, quia habitus est, quo utimur, cum volumus, bruta non habent talem potestatem, sed necessario agunt, ergo &c.

Respond. ad 1. habitum esse causam subordinatam potentiae, & hoc modo potest ad actum liberum concurrere, quoniam sit naturalis causa; ut infra. Ad 2. assumptum esse verum de obiecto, non de actu, aut intentione ipsius, non enim ut appetitus appetitur, debet potentia cognitiva praecooperare ad proprius appetitus, sed tantum obiectum. Ad 3. dicimus ad id de primis principis summam illam determinationem non obstarè, quia adhuc habet indeterminationem quo ad intentionem, & remissionem actus, ut explicuimus supra; ad id de opinione diximus quaest. praecedent. radicationem opinioni non conveni-

venire ex propria natura, cum ab obiecto contingenti proveniat; hoc enim modo scientiae competit, quae est de obiecto necessario, ad potest opinioni aliunde convenire scilicet ex actum frequentatione; & quando Aristot. definitur habitum, quod sit qualitas firma, non locutus est solum de firmitate ex ratione propria derivante, sed ex quocumque capite scilicet, vel ex temporis diuturnitate, vel febris ethica, vel ex tenacitate subiecti, ut species intelligibiles respectu intellectus, vel ex ratione qualitatis propria, ut est scientia, vel ex frequentatione actuum, ut est opinio, unde qui adhaerent alicui opinioni, difficiliter ab illa remonentur. Ad 4. assumptum procedit de habitibus humanis, non de omnibus.

III. Contra 2. conclus. argum. primò, quod potentiae vegetativae competat habitus, nam quidam solent affluere tam in quantitate, quam in qualitate ciborum; plantae quoque si foveant frequentius irrigari, si deinde ab irrigatione cessent, statim arescunt, ubi alia non ita irrigatione affluenda diu durant. Tum 3. de potentis sensitivis externis, quia ex usu possunt alicui obiecta placere, quae prius displicebant, praecipue in visu, & gustu, ergo &c. Tum 3. si illa potentia est habitabilis, quae perfectiores actus potest habere, ergo quia lapidi non repugnat perfectiores actus habere, erunt quoque habituales. Tum 4. de potentia motiva probat, quia potest esse, quod alicui fit in membris naturaliter summe dispositis, adhuc tamen non habet promptitudinem ad motum requisitum, quam ulu postea acquirit, ergo praeter ablationem impedimenti datur alicui novus habitus.

Tum 5. secundum Scotum in 3. d. 31. H. in potentia indeterminate ad finis actus saltem mediè ex imperio voluntatis potest esse usu generari habitus; sed potentia motiva est indeterminate ad suos actus, quatenus subiecti dispositio voluntati ex eo non implicat dari motum, quae inclinat ad omnem differentiam positionis in motu, & ad omnem locum, ut patet de impulsu, qui ex determinatione, & modificatione agentis modo ad hunc, modo ad illum locum movet, ut diximus disp. 3. de Caelo qu. 5. ergo non implicat dari habitum inclinantem ad motum localem secundum omnem differentiam.

II. Respon. ad 1. assuetudinem illam non provenire ex habitu, sed ex vario vivuntium temperamento, quod per consuetudinem mutari potest, ut diximus disp. 3. de Gen. qu. 6. & nota. Averra, unde si parco cibo utitur, progressu temporis debilitatur naturalis calor, ut nequeat absque nutrimento suo comedere, idem dicendum de qualitate ciborum, vide disput. cit. plantae quoque ex continua irrigatione humorem fluidum, & tenuem acquirunt, qui facilius evanescit. Ad 2. ait idem, provenire non ex novo habitu, sed ex immutatione qualitatum, & dispositionum, vel per apprehensionem internam, in qua propriè generatur habitus. Ad 3. concedimus hanc propositionem, omnem potentiam habitabilem esse capacem perfectiorum actuum, non tamen hanc, omnem potentiam capacem perfectiorum actuum esse habitabilem, quia ad habitum non sufficit capacitas potentiae, sed requiritur activitas habitum, a quibus habitus generatur; hinc in rebus inanimatis nulla potentia est habitabilis, quae vel est ad motum localem, vel ad qualitates, motus localis nequit habitum producere, cum sit respectus, neque qualitates, quia ad istas potentia est determinata etiam quoad intentionem, ut diximus qu. praec. per hoc patet ad exemplum de lapide; quod additur de sensitivis potentis externis per idem respondeatur non esse habituales, quia actus ipsarum non sunt productivi habituum, quod nobis innoscit a posteriori, quia nunquam ex eorum usu experimur in nobis novam facilitatem; nisi potentia intrinseca in organo periclitatur quoad humores, nervos, spiritus, ut erit in Beatis post iudicium, unde statim ac periclitatur potentia in organo abque alia frequentatione actuum experimur perfectiores actus, signum evidens facilitatem illam non ab habitu, sed a mutatione temperamenti, & dispositionum causari.

Ad 4. ait Averra ad motum regulatum soni, vel manus pictoris non solum requiri agilitatem manus, sed etiam directionem potentiae motiva, quae directio fit in potentia apprehensiva, & regulativa supposito imperio voluntatis, & quia etiam naturaliter dispositus non habet statim istam directionem, quae usu acquiritur, & est habitus existens in potentia apprehensiva, hinc quod, in principio non habet promptitudinem illam, quam deinde acquirit per usum, quo etiam membra magis disponuntur. Ad 5. patet ex dictis, eo quod motus non est productivus habitus. Ad ult. neg. paritas quia impulsus non generatur ex motu, ideoque poterit esse alio pacto indifferens; ad quia habitus generatur ex motibus actualibus, ex se est locus inclinatus ad consimiles motus ex una parte, & ad omnes motus ex alio capite, quia ad omnes concurreret. Vel dicendum, quod illa ratio Scoti est probabilis; sed verum fundamentum sumi debet ex hoc, quod motus localis est impotens ad causandum habitum.

II. Certum est, quocumque habitum naturaliter acquiritur posse à Deo totaliter infundi in potentia, quia nullam essentialem dependentiam habet ab aliqua causa creata, quin posset à Deo suppleri.

Soler tamen hic quaeri, an possit dari habitus aliquis à natura potentis inditus; sed ex dictis disp. 7. Log. qu. 3. art. 2. si daretur, non verè, & propriè diceretur habitus de prima specie, sed naturalis potentia, vel impotentia, per hoc enim haec duas species differunt, quod tam in prima, quam in secunda specie reponuntur, qualitates subiectum disponunt ad agendum, sed in prima, quae ab extrinseco adventum, in secunda, quae à natura tribuantur; & solent passim habitus vocari largè, quatenus cum habitu conveniunt in illa firmitate, & inhesionem in subiecto; sic colligitur ex Scot. 2. d. 1. 6. q. 10. P. & 4. d. 6. q. 10. O. ubi docet nos à natura praeter potentias formaliter ab anima distinctas habere quodammodo facilitates, vel difficultates ad agendum, & utendum potentis. Et rectè quidem, nam videmus varias inclinationes, & facilitates homines habere, alii enim sunt periles ad studia, & quaedam exercitia, alii inahiles, quidam herbivores, quidam hebetes ingenio; & multò magis in appetitu apparent in quo resident variae inclinationes vel ad virtutes, vel ad vitia; & quavis haec inclinationes magnam cognoscant dependentiam è vario corporum temperamento, attamen non sunt denegandae qualitates quaedam inherentes immediatè in ipsis potentis sensitivis, nam aliqui sunt omnino eisdem temperamento quoad primas qualitates, sed quoad istas habitates multum differunt; quarum causae praecipue assignari debent caelestes influxus, unde quandoque progressu vitae ad variationem influentiarum variantur.

III. In potentis verò rationalibus intellectu scilicet, & voluntate potius contrarium asserendum cum Scoto 2. d. 39. loquente de synderesi, & conscientia, non enim in nobis experimur facilitates istas inditas à natura distinctas ab ipsis potentis, & earum inclinationibus, sed sufficere poterunt vires innatae potentiarum. Et cum auctoritate vel scripturae, vel Sanctorum, aut Aristot. asserunt in nobis dari conaturalem habitum principiorum, vel lumen naturale, aut legem, &c. debent explicari de actu notitia, vel de lumine naturali ipsius intellectus, quo facillime talia percipiunt; sed hoc non est praesens negotij, cum propriè ubi habitum non comprehendatur, vide Averram qu. 49. sect. 3. sermo igitur est de acquisitis habitibus ab extrinseco provenientibus, & quaerimus, à quo causentur tanquam naturaliter à proxima, & immediata causa effectiva.

Prima opinio est Dur. in 3. d. 33. q. 2. Rubion qu. 5. Burid. 2. Eth. cap. 2. qu. 1. disput. 2. & probabilem putat Conich. de fide, spe, & charit. disput. 7. dub. 1. quae docet potentiam immediatè in seipsa causare habitum, actu tamen mediante, vel ut actione media, sicut placuit Burid. vel tanquam dispositione praevia, Durandus vel ut effectus praevio, ut Rubion Secunda est Hart. disput. 16. de An. sect. 6. dicitur tam potentiam, quam actum ut causas partiales per se, & immediatè ad habitum concurrere. Qui verò per actus asserunt totaliter causari, diversimodè loquantur, quidam enim dicunt necessario plures actus requiri ad productionem habitus, & solum per primos potentiam vel disponi ad receptionem habitus, sicut guttae priores disponunt lapidem mollicando, posteriores vero excavant, vel non haberi habitum sub statu perfecto, ut communior asserit. Quidam cum D. Thom. p. 2. q. 51. art. 3. distinguunt: nam si loquamur de habitu scientiae, sic propter evidentiam per unicum actum inquirunt acquiri habitum sub statu perfecto: si tamen de aliis habitibus sit sermo, tunc plures actus exiguntur, vel propter inevitiam rei, vel indifferenciam potentiae ad utrumlibet, ita Averra q. 49. sect. 4. q. alios citat.

II. Dicimus primò, habitus produci ab actibus consimilibus illis, in quos habitus inclinant, tanquam à causis totalibus; ita communis cum Scot. p. d. 12. q. 1. G. & d. 17. q. 2. V. quoniam autem: sit ita communis haec opinio, non tamen probatur evidentè; nam licet verum sit, actum non posse concurrere ad productionem habitus tanquam actionem, quia ut videtur est disput. praec. qu. 2. actus vitales non nisi grammaticaliter dicuntur actiones, & vera actio nequit esse, aut intelligi sine proprio termino, actus autem potest ab habitu separari, & perfectè intelligitur sine ordine ad habitum; attamen si dicatur actus esse dispositivus, vel melius effectus praevius cum Rub. non faciliè à Doctoribus impugnetur.

Valg. namque & Suarez probant, quia dispositio requiritur, si requiritur ad introductionem formae, etiam ad conservationem exigitur, nisi praerequiratur solum ad tollendam impedimentum ad actus separari ab habitu, & in potentia nulla nullum adest impedimentum tollendum, ergo &c. Haec ratio non concludit, nam primò non probat actus esse totales causas; Secundo, quia assumptum in majori negatur ab adversariis exemplo mollicitie cereae, quae necessario requiritur ad introductionem formae figilli; non tamen ad conservationem; Tertio, quia solum urget Durandum, non autem Rubionem. Averra sect. 5. probat ex hoc, quod

quod actus est habitu perfectior, ergo potest habere virtutem productivam habitus. Hec conseq. non tenet, quia etiam potentia est perfectior habitu, ergo potest quoque esse causa, vel totalis, vel partialis habitum; tum quia non quolibet perfectior potest quolibet imperfectior producere, aliter homo posset equum, vel lapidem generare. Vulpes 2.p.tom.3. disput.104. art.6. probat ex eo, quod omnis potentia vitalis est productiva sui actus, receptiva eundem, & per eundem operativa, & omnis actio potentia vitalis, si est grammaticalis de genere qualitatis, est præcisè ipsam operatio vitalis, si fuerit propria de genere actionis, præcisè terminat habitum tanquam causa effectiva. Sed autecens, in quo vis argumenti consistit, non probatur ab iplo, nisi Scoti autoritate, quod tamen ab adversariis negatur, dicunt enim etiam potentiam habere actionem non solum circa actum, verum etiam circa habitum, quod actio licet non sit vitalis in ordine ad terminum, est tamen vitalis in ordine ad principium, sicut motus progressivus dicitur esse à potentia vitaliter motiva, & effectiva, vitaliter motus.

22. Melius ergo nequit probari, nisi ratione, quam infumit Doctor 7. d.12. cit. loquens de voluntate, si voluntas elicit causa five totalis, five partialis habitus, liberè illum produceret, quod est falsum, quia ut ipse docet in Collat. 66. §. Ad quaestionem, quantumcumque voluntas eliciens actus iustitiae nollet, quod ex illis sequatur, & generetur habitus iustitiae in ipsa, adhuc tamen iustitia produceretur, & quando habitus est productus, etiam voluntas vellet illum destruire, non potest statim in principio, nisi post adum contrarium exercitium, quod non elicit, si liberè produceretur, quia etiam liberè conservaretur, ergo nullo modo voluntas immediate concurrat ad productionem habitus. Ex quo idem sequitur de alio potentia dicendum, quia eodem modo se habent voluntas, volitio, & habitus voluntatis, ac intellectus, intellectio, & habitus intellectus; assumptum patet, quia voluntas, etiam est partialis causa, adhuc tamen est effectus principalior, quam actus, & consequenter tota causatio denominaretur ab ipsa voluntate, sed voluntas nequit agere, nisi liberè, ut diximus disp. præced. q.1. art.2. & dicitur disp.7. eo quia naturale, & liberum fluxu differencie dividentes principium actuum in communi. Diximus in concl. producti ab actibus consimilibus illis, ad quos habitus inclinant, quia habitus v.g. temperantiae in actus temperantiae inclinat, nec per actus fortitudinis fatigantur, nam quod corrumpitur, destruitur à suo contrario, & consequenter productur à contrario corruptum, ut frigus corrumpitur à contrario calore, & productur à frigore, quod est calori contrarium, sed habitus vitii corrumpitur ab actibus virtutis, & virtus ab actibus vitiorum, ergo vitium productur ex actibus malis, & virtus ex bonis.

24. Dicimus secundo, quod quilibet actus causat aliquid deentitate habitus in potentia iuxta propriam activitatem, & ad dispositionem potentie, ita ut si potentia est nuda non habituata habitu contrario, actus si est remissus, causat parum de habitu, & in statu imperfecto, & adveniens secundo actu augetur habitus, & si est intensus, causat statim habitum intentum, & in statu perfecto, quamvis possit denuo per alios actus intendi, & hoc est etiam de habitibus scientie, & similibus intelligendum, at si potentia est opposito habitu habituata, actus etiam intentus non poterit causare habitum perfectum, sed imperfectum. Conclusio illa probat & explicatur simul. Prima pars, quod quilibet actus causat habitum, habetur ex Scot. 1. d.17. q.3. RR. & 3. d.36. K. & clarus in 4. d.16. q.1. A. & patet, quia primus actus est eisdem rationis, & ad vivit cum sequentibus, ergo si sequentes causant habitum, etiam primus, quia est causa naturalis non impedita, cum potentia supponatur nuda, & consequenter disposita, non enim aliud requiritur ad dispositionem subjecti, nisi quod contrarius formis explicetur, ut patet de aere respectu luminis. Tum quia vel primus actus causat aliquid, vel nihil in potentia, non secundum, quia est causa naturalis approximata, & etiam quia nec sequens actus cautaret, eodem enim modo se haberet respectu potentie, ac primus; si primum, ergo vel aliquid eisdem rationis cum eitate habitus, & habetur intentum, vel diversè rationis, & hoc est falsum, quia nulla dispositio alterius rationis ad receptionem habitus prærequiritur, quando potentia est nuda, si est habituata opposito habitu, nequit iste habitus corrumpi, nisi per introductionem habitus oppositi, sicut frigus intentum non incipit destrui, nisi per aliqualem caloris introductionem.

25. Dices, qualitate illam primò introducam esse dispositionem, cum sit facillè mobilis, & habitus postea introduciatur, quando iam est de difficili mobilis à subjecto. Sed tunc est quæstio de nomine, nam habitus in statu imperfecto est idem cum illa qualitate de facillè mobilis, quæ dispositio dicitur, non enim habitus & dispositio differunt specie ex dictis in Log. Ex quo patet etiam idem de scientia dicendum, nam licet hæc qualitas propter evidentiam, & necessitatem mediæ sui natura sit de difficili mobilis, attamen propter remissionem, quam habet in initio, ex hoc capite facillè potest removeri (supposita illa opinione, quod habitus desinat esse, nisi actibus foveatur, de qua dicemus q. ult.) unde nequit dici totaliter habitus perfectus, nisi postquam per sequentes actus intendatur.

Secunda pars, quod actus intensus causat habitum perfectum,

est Scoti 2. d.5. q.7. C. ubi habet, quod actus intensissimus æquivalet pluribus remissis, quia est perfectior, ergo si plures remissi possant habitum in statu perfecto producere, etiam primus actus intensissimus illis æquivalens in virtute activa (Scotum sequitur Hurt. cit.) qui habitus, cum non habeat terminum intrinsecum quoad intentionem, erit adhuc intensibilis per sequentes actus, sicut quilibet alia qualitas. Tertia pars de potentia in-disposita habetur à Scot. 3. d.33. B. dicente in vitioio noviter convertio non statim per primum actum fuisse corruptum totum habitum vitioiosum, & patet experientia, quia adhuc difficulter eligit iste talis bonum bonum, & potest explicari exemplo adducto de calore, & frigore. Nota tamen, quod non est necesse, ut actus causet habitum iuxta propriam intentionem, quo scilicet actus ut quatuor causet habitum ut quatuor, ut patet experientia, sed causaliter iuxta aliqualem proportionem, quæ nobis non facillè innotescit; poterit tamen provenire ex imbecillitate, ad vivit actus, & eo remissus ager, quod potentia est magis inclinanda ad plura, vel magis contrariè habituata.

26. Contra 1. concl. argum. primo autoritate Scoti 1. d.17. q.2. K. §. Contra istam opinionem argo sic, in ratione secunda, & in responsione litt. V. ubi videtur concedere potentiam esse causam communem actus, & habitus. Tum 2. habitus est perfectior actu, ergo nequit ab iplo totaliter produci, antec. probat, quia habitus est causa æquivoca actus, quæ semper est effectus perfectior; insuper ex 3. top. cap.1. bonum diuturnius est melius, habitus est diuturnior actu. Tum 3. si actus esset totalis causa habitus, ergo separatus à potentia, vel si in ipsa, ut ait Coninch, reperiretur in potentia modo mortuo, scilicet si à Deo introduceretur, adhuc habitum causaret, quod est falsum, sed prob. quia iam haberet eandem activam virtutem. Tum 4. ad habitum non est per se motus ex 7. Phyl. 17. inquit Dur. ergo nequit ab actu produci.

Resp. ad 1. Scotum ibi vel loqui de causa mediata, vel parum curale ibi hoc decidere, cum non esset proprius locus; quicquid enim sustineretur, non lædit intentum ipsius, quod erat habitum effectivè concurrere ad actum. Ad 2. resp. neg. antec. cum Scot. 4. d.49. q.1. ad 5. actus enim immediatus unit potentiam cum proprio obiecto, & habitus ordinatur ad actum quia est propter ipsum, unde & si species intelligibilis necessitè requiritur ad intellectum, non tamen est perfectior; & ad 7. probationem aut esse causam æquivocam paritalem, non totalem, quæ est necessario perfectior; ad aliam inquit assumptam valere ceteris paribus, non verò in habitibus alias proprietas; hinc habitus quamvis in duratione excedat actum, est tamen excessus secundum quid, ut patet de specie intelligibili respectu intellectiois; & albedo unius anni, inquit Doctor, non est simpliciter, & essentialiter perfectior albedine unius diei; at actus simpliciter excedit in alis perfectioribus ipsum habitum. Ad 3. si actus esset separatus, non posset habitum causare, non quidem propter defectum virtutis, sed propter defectum intentionis agentis, nam ut in potentiam agat, requiritur, ut ipsam vitalitèr asficiat, eique per inherentiam sit approximatus, & unitus; & quoniam si produceretur à Deo, adhuc vitalitèr asficeret potentiam, & si non ut produciatam, saltem ut operativam ex dispat. præced. q.3. idcirco concedimus tunc habitum causare. Ad 4. scilicet explicandum intentum Aristi. ibi, vide q.1. in fine.

27. Secundo, arguit Coninch. habitus non tam augetur ex perfectione actus, verum etiam ex conatu potentie; quod enim quis magis conatur, eo majorem facilitatem acquirat, ergo habitus à potentia quoque immediate produceret, patet conseq. quia ista maior perfectio habitus non posset referri in actum, qui imperfectior supponitur esse quoad intentionem, ergo à potentia; primum autem prob. ab iplo exemplis, sint duo dicentes scribere, & magister apprehensa manu unius simul former cum eo characteres, alter verò magno conatu seipso conetur characteres formare ad exemplar præceptoris ipsi propositum, primus perfectius scriberet, sed secundus magis proficeret propter majorem conatum. Secundum exemplum, sint duo æquales proptèr ad aliquam virtutem, & eliciant duos, vel tres actus, sed unus propter maximas tentationes magno conatu, & cum maxima difficultate eliciat actus remissos, alter verò talis carnis tentationibus intensiores actus producat; certum est, quod prior majorem facilitatem acquirat in eliciendis deinceps actibus, transactis tentationibus, quam posterior, propter majorem conatum, quamvis actus fuerint remissiores. Confirm. voluntas cessante actu violato conservat habitum vitioiosum, ergo concurrat ad ejus productionem, antec. patet, quia habitus permanet; conseq. prob. quia quod potest conservare, potest etiam producere.

28. Resp. ex dicendis disp.7. ex duplici ratione minus majorem, vel minorem intentionem in actu scilicet, vel ratione liberi, vel ex ratione voluntarii, quando actus elicitur cum difficultate, & contra impetum voluntatis, tunc est magis liber, & minus voluntarius, quando elicitur ex maximo impetu, est magis voluntarius, & minus liber, unde conatus potentie, quo est major, eo perficit, & intendit perfectionem liberi in actu; tunc ad argum. neg. antec. loquendo immediate, concedimus mediata, quatenus conatus potentie est causa perfectioris, & inten-

ten-

tenforis libertatis in actu, non enim potest dari major conatus in potentia, quin asfignetur actus aliquo modo perfectior, qui conatus est applicatio virtutis activæ, & quod magis applicatur virtus, eo perfectioris effectum debet producere; ad 1. exemplum, & applicationem actum internam ex perfectiori conatu, concedimus posteriorem scriptorem perfectiorem habitum acquirere propter intensiorem potentiam, quamvis adhuc exterioris scilicet formatio characteris sit imperfectior; similiter ad secundum dicimus priorem producere actus remissiores in ratione voluntarii, sed intensiores in ratione liberi, & sic proportionatur ad vivit hinc inde. Neque dicas rationem voluntarii esse diversam à ratione liberi, ergo non producent eundem habitum. Non valet, quia sicut non obstant hæc diversitate actus tamen sunt eisdem specie, si veniant circa idem obiectum, scilicet causantur habitus ab illis actibus, nam & habitus ab objectis specificantur. Ad confirm. dicimus voluntatem tantum mediata habitum conservare, quatenus non producat actus contrarios illos delinquentes, ut infra; non immediate.

29. Contra secundam concl. dubitatur, nam sepis dici solet, habitum usui, & consuetudine acquiri, & explicatur exemplo gutturum excavatum lapidem, ergo nullus habitus per primum actum perfecte acquiritur, imò sicut priores quæse causant dispositionem scilicet lapidis mollicem distinctam specie ab excavatione, ita priores actus debent causare aliquas dispositiones, quibus potentia disponitur ad recipiendus habitus ab aliis actibus. Tum quia habitus scientie per primum actum generatus non potest destrui, nisi per actum erroris, qui nequit esse in intellectu, postquam habitus perfectum cognitionem, evidentem de obiecto, ergo talis habitus per primum actum perfecte acquiritur. Resp. non ita loqui, quia regulariter non sunt actus intensi, vel quia potentia non est nuda, sed opposito habitu aliquotè affecta, vel quia quilibet habitus est aditus perfectibilis per actus subseqentes; exemplum verò non currit quoad illam diversitatem dispositionis introductæ, & effectus principalis, sed solum sicut priores guttæ disponunt, & subsequentes excavant lapidem, ita priores actus disponunt introducendo qualitatem habitus imperfectam, posteriores verò introducunt formam perfectam. Ad 2. jam diximus valere nostrum dictum supposita illa probabilis opinione, quod habitus desinat esse, si fuerint actibus desinati; dum quæ poterit esse, quod intellectus progressu temporis obli-viscatur actus scientie, & propter aliquod impedimentum in-erorem labatur, ut dicemus q. ult. & tandem, quia habitus ille adhuc est per alios actus perfectibilis.

QUESTIO IV.

De unitate, extensione, & intensioe habituum.

30. Quod attinet ad unitatem, & extensionem, seu multiplici-tatem habituum, nihil in presentem occurrat dicendum, satis enim egimus disp.12. Log. q.2. cum unitatem, & multiplici-tatem scientie investigavimus, idem enim sciendum est iudicium de aliis habitibus, cuiuscumque sint potentie, ac de habitu scientie, quod scilicet propriam unitatem sumat ab obiecto formali, & multiplicentur ad multiplicationem obsectorum, non materia-lium, sed formalium, à quibus habent specificari, ut de potentia, & actibus docuimus disp. præc. q.4.

31. Quod spectat ad intentionem, supponendum est ex disp.3. de Gen. intentionem qualitatibus fieri per additionem gradus ad gradum, qui non sunt ætherogeneri, sed homogenei; nec esse indivisibiles in partes entitativas, ut videtur asserere Vulpes 2.p.tom.3. disp.104. art.4. sed divisibiles, & consequenter quoque in tempo-re acquisibiles, ut cum Scoto 2. d.2. q.9. N. & O. docuimus disp.3. cit. Nec autoritas Scoti in 1. d.17. q.2. S. ab iplo adducta ali-quod valet, quia est quædam additio, & standum est doctrinæ ex professo traditæ ab iplo Scoto in 2. cit. ubi non solum de extensione qualitatibus loquitur, sed etiam de intensioe. Actus igitur sicut primo producti sunt causativi habitus, ita postea multiplicati intendunt illum per productionem graduum; & si potentia erit nuda, & determinata, & actus instantaneè producerunt, & habitus instantaneè etiam intenduntur, quia agens non impeditur, & naturale agit, quantum potest, quia agens non impeditur, quo productur actus, quia habet virtutem non impeditam, causat, & intendit habitum, quantum poterit, at si potentia est indeterminata ad plura, vel impedita contrario habitu, aut actus successive, & in tempore produceretur, vel intendetur, habitus quoque successive intendetur; ratio primi est, quia quando adesse impedimentum, agens non lubito, & totaliter vincit contrarium, & producit effectum, ut patet de igne respectu manus frigidae, & explicuimus disp.2. de Gen. q.1. ergo à pari actus v.g. temperantie in interpretato habituato non statim causat, vel intendit habitum, quantum potest, sed successive, & in hoc casu quo magis permanet idem numero actus, eo magis intendit habitum, non statim exhaurit activitatem ipsius; ratio secundi, quia causa tunc causal, quando est, ergo si est in tempore, vel successive acquirat virtutem majorem, in tempore quoque causalit.

32. Secundo, supponendum est, talem intentionem, & augmentum secundum gradum convenire omnibus habitibus, sicut omnes habitus sunt qualitates, quibus tanquam passivè convenit fati capere magis, & minus ex dictis in Log. Non enim audien-

tes est Salas p.8. tract.10. disp.4. sect.3. negans habitus cognoscitivus intensibilis esse, eo quia nec actibus cognitivis convenit talis intentio, nam in apprehensione potentia non magis, vel minus percipit obiectum, quamvis magis, vel minus attentè, & in iudicio non magis, vel minus intense, sed folum magis, vel minus clarè, aut certitudinalitèr, attentio autem, claritas, vel certitudo non est intensio. Sed fallitur, nam ut vidimus 2. in intellectu verè reperitur major, vel minor facilitas, & illa acquiritur; actus quoque possunt intendi quoad proprias entitates, imò major attentio, vel claritas arguit intensivam perfectionem in actu.

His præceptis solum potest esse quæstio, an habitus non solum intendatur per actus perfectiores, & intensiores habitu, verum etiam æquales, vel remissiores. Dupliciter autem actus potest dici intensior habitu, vel in gradu, vel in adivitate, quia enim actus ex se non habet tantam activitatem, quanta est intensio ipsius, ut diximus, potest esse, quod deat actus intensior in gradu, non autem in adivitate, puta si actus ut quinquagesimus causalitèr habitus tantum ut unum, si produceretur talis habitus, esset proportionatus ad vivit actus, quia adæquat virtutem activam ipsius, non verò in gradu, si verò habitus esset ut quinquagesimus, solum esset proportio in gradu, & intensioe, non verò in virtute cum actu ut quinquagesimus. Dubium præcipuè procedit de actibus remissioribus, vel æqualibus quoad adivitatem.

33. Negativam sententiam sustinent Thomistæ cum D. Thom. p.2. q.52. art.4. Suarez disp.44. Met. sect.10. Moris in prædicam. qualis q.11. Averis q.49. lect.6. Pro qua sententia citatur à Valq. p.2. disp.80. cap.1. Scotus eo quia in 4. d.21. q.2. F. & d.22. q.1. art.2. sustinet augmentum gratiæ non semper à Deo dari in hac via per quocumque actu meritório, præcipuè quando actus est remissior; imò P. Faber de penit. disp.42. cap.3. asserit, Scotum fuisse huius opinionis, quam etiam ipse putat veram citans Scotum in p.d.17.

34. Dicimus habitum intendi per quemlibet actum, etiam remissorem in virtute activa, & in gradu; ita Scot. 1. d.17. q.1. RR. arguendo contra Goff. in secunda ratione, quem sequuntur Dur. ibid. quæst.8. Gabr. 3. d.23. quæst.1. art.3. dub.4. Valq. citat Salas p.2. tract.10. disp.4. lect.2. & alii. Probat primò ex hoc, quod agens æquivoce intendere potest effectum, etiam si perfectior existat, & supra virtutem agentis, ut fusc offendimus æquivoce, ut patet, ergo & si actus respectu habitus est agens intendere habitum intendorem. Secundo, prob. specialitèr, quia si hoc non esset; sequeretur non augeri habitum per actus æquos intensos ac primus actus, vel remissiores illos, quod tamen est contra experientiam, non enim quilibet sequer elicit intensiores actus, quam fuerit primus; & si æqualibus actibus mandandi memoriam aliquis se exerceret, certè acquireret majorem facilitatem, & proptitudinem, quam haberet in principio.

Resp. Suarez, & Averis actus illos remissiores primo actu, vel illi æquales augere habitum ex eo, quod primus non causalitèr habitu sibi æqualem, unde actus remissio ad vivit erit intensior habitu licet respectu primi actus dicatur remissior. Addit Suarez, quod primus actus non causalitèr habitum, quantum potuit, & hoc vel propter dispositionem potentie contrario habitu informatæ, vel propter indifferentiam ipsius; at secundus, quia reperit potentiam magis dispositam, & inclinatum in se spectati.

35. Contra, quamvis actus secundus in gradu excedat habitum à primo cautum, non tamen excedit in virtute, supponendo primum actum causalitèr, quantum potuit, si scilicet potentia non esset indifferens, sed determinata, & habitum contrarium non haberet, aut primus eo diuturnitatem unum omnem resistentiam; vel si secundus actus esset diuturnitatem unum omnem resistentiam; potentia ob suam indifferentiam impedit causalitatem primi actus, & tamen in his casibus adhuc habitus intenditur, ergo habitus semper poterit intendi ab actu remissiori, tam in gradu, quam in virtute. Prob. conseq. quia proportio requiritur inter causam, & effectum attendi debet quoad virtutem ad vivit explicatam disp.2. de Gen. q.1. præcipuè in agentibus æquivoce. Quod ait Suarez de gradibus ætherogeneris, jam impugnatum est disp.4. de Gen. q.3.

36. Contra illam concl. argum. sit habitus ut quatuor inclinans ad actum ut quatuor, si intendere actus ad actum, ita ut evadat habitus ut quinquagesimus, & ad actum ut quinquagesimus, ergo actus ut tria saltem mediata concurrerent ad actum ut quinquagesimus, quod est falsum. Tum 2. effectus non potest excedere in perfectione suam causam, nam habitus ut quinquagesimus excederet actum ut tria, ergo &c. Tum 3. similes actus similes generant habitum, ergo & intendunt, ergo habitus generatus ab actu ut quatuor, nequit intendi ab actu ut duo, aliter in infinitum posset augeri. Tum 4. adiunt autoritates adductæ à Valq. est Scoto in 4. cit. quibus accedit autoritas ex 1. d.3. q.6. V. ubi docet Doctor actum non semper producere habitum, ut patet; inquit, in habitibus habitum intensissimum, ut in Beatis, quod non proveniet ex alia ratione, quam propter remissionem actum, ergo non quilibet actus auget habitum. Tandem est commune axioma apud

apud Philosophos, similes non posse agere in simile, quod multo rationibus, & exemplis comprobato solet.

Resp. ad 1. neg. conseq. quia non totus habitus ut quinque est effectus actus ut tria, sed solum gradus de novo additus. Ad 2. patet per idem. Ad 3. negamus ad intentionem habitus requiri, quod actus sint similes in gradu, sufficit enim similitudo in natura licet sint remiores in gradu, & cum inerti. r. augmentum in infinitum, negamus seq. si est sermo de eodem actu, concedimus, si loquatur de aliis possibilibus, quantum est ex natura potentia; de facto tamen non erit augmentum habitus in infinitum, ut docet Scot. 2. d. 7. quest. 1. in. Y. ubi habet hæc verba, Ad aliud dico, quod habetur existens, perfecta, vel in summo, quantum potest perfectio in tali subiecto, vel secundum terminum sibi præfixum à sapientia divina, omnes actus sequentes nihil augent, sed tantum procedunt ex habitu jam generato, quemadmodum actus Angeli boni non augent habitum charitatis ejus, nec effectivum, nec meritorium, quia ille est in termino, vel secundum capacitatem subiecti, vel saltem secundum terminum sibi præfixum à Deo, sed omnes illi actus procedunt ex præiudicium illius habitus sic perfecti. Ad 4. dicimus auctoritates adductas à Vafq. non urgere, quia nunquam Scotus ibi asseruit actum remissum non augere gratiam, sed solum docuit, resurgentem à peccato mortali recipere gratiam à Deo proportionatam actui doloris peccati, & penitentia; non autem acquirere gratiam illam amillam per peccatum, quamvis omnia opera meritoria revivificant, & in hoc sensu intelligi debet, quod ait Scotus ibi, non per quemcumque actum meritorium Deum statim agere gratiam, scilicet quod per actum contritionis non augeat priorem gratiam amissam, sed tantum infundit gratiam secundum proportionem intentionis actus; quamvis ibi valde topicè loquatur Scotus, ut patet legenti, & notavit Baparius l. dist. 17. super q. Scoti de augmento charitatis actum remissum augere habitum intentionem; imò non solum ibi loquitur de agente æquivoce, sed etiam de univoco, tamen in illa additione aperte se declarat, & doctrinam altam restringit solum ad æquivoquum; ad auctor. ex r. d. 3. q. 6. patet ex dictis ad præcedens cum eodem Scoto in a. d. 7. Ad ultimum iam disp. 2. de Gen. q. 1. sus declaravit illud axioma, quomodo veritetur in agentibus univocis, & quomodo in æquivocis; vide ibi, nam & objectiones in contrarium diluimus.

QUESTIO V.

Quomodo habitus concurrant ad actum.

37 Certum est, habitum augere potentiam in elicitioe actus, hic enim est finis habitus, propter quem datur à natura; sed est dubium quomodo concurrat, & in quo genere causæ.

Scotus in p. d. 17. q. 2. M. probabilem putat opinionem illam asserentem habitum non concurrere effectivè ad actum, sed solum inclinare potentiam ad actum ipsum informando, sicut si gravitas, aut impulsus non esset causa effectiva motus deorsum, inclinaret tamen lapidem ad ubi deorsum; qui concursus à quibusdam reductur ad genus causæ materialis, quasi quod habitus sit dispositio disponens ad recipiendum actum, ab aliis reductur ad genus causæ formalis, quatenus habitus informando potentiam reddit illum inclinatum, & propensam ad actum, ita Hurr. disp. 16. de An. sect. 7. additque habitum antecedenter ad actum exercere cum potentia solum minus inclinandi potentiam ad actum, sicut preces respectu alicuius gratiae petite. Ab hac opinione parum distat Averl. qu. 49. sect. 8. citans Bacon. Dnr. Rubion. & alios, vult enim habitus non esse proprie causam actus, sed se habere respectu potentia; quæ rationem agendi, non quidem simpliciter necessariam, sed qua dicatur potentia promptior, & facilius ad agendum, dat exemplum, sicut clarior cognitio finis est ratio, cur voluntas vehementius appetat finem.

38 Qui concedunt habitum esse causam effectivam, adhuc sunt divisi, nam aliqui negant esse causam effectivam substantia actus, sed tantum alicuius modi, qui secundum Gouff. quod. 9. qu. 4. referente Scoto citat. erit intentio ipsius actus, ad secundum Vafq. p. 2. disp. 83. cap. 2. est facultas motus, & electio in actu ex consuetudine elicitioe repetita. Alii vero concedunt habitum esse causam effectivam totius entitatis actus, sed quidem ex his se restringunt ad actus minores, vel æquales in intentione cum habitu, non vero ad intensiores; v. gr. si habitus est ut tria, & actus ut quatuor, habitus ad tres tantum gradus concurrat, & nullo modo quartum attingit, sed sola potentia, ita Suarez disp. 44. Met. sect. 6. Morif. in prædicam. qualic. qu. 7. imò nec actus excedentes vim naturalem potentia; ut si potentia nuda solummodo actum ut quatuor nata sit elicere, non potest etiam habitata perfectissime elicere actum ut quinque.

39 Dicimus primò, habitum non esse tantum formam inclinationem, aut rationem agendi, sed causam effectivam, non quidem alicuius modi actus, sed totius entitatis, & substantia actus; ita Scot. p. d. 3. q. 7. infra E. & dist. 17. q. 2. I. & 4. dist. 49. qu. 2. ad principalia; Prima pars prob. ab ipso Scot. quia habitus habet hæc quatuor, scilicet reddere potentiam operantem dele-

stabiliter, faciliter, expeditè, & promptè, & hoc, quia inclinat potentiam ad actum, sed hæc omnia respiciunt potentiam ut activam, non ut passivam, ergo potius habitus se habebit ut causa activa, & efficiens, min. prob. quia facilitari, expediti, & promptè operari convenit illi principio, quod potest difficile reddi, impediri, & retardari, & hoc proprie est principium activum, non passivum.

Dices cum Scot. lit. M. & X. principium activum propter indispotionem subiecti potest impediri, & retardari, ideo habitus, quia disponit subiectum ad recipiendum actum, & habet hæc munera. Vel cum Hurr. (quod tangit etiam Scotus lit. X.) quod facit hæc omnia quatenus in genere causæ formalis, cum sit quædam inclinatio ad actum, informando potentiam, reddit ipsam inclinatum ad actum. Sed quamvis hæc responsiones reddunt magis perfecta, & inclinata ad elicitioem actus, etiam si oporteat opinionem probabilem, posset tamen adhuc iulari, & contra primam, quia potentia habitata prædicando à subiecto five dispositio, five indispotio, sed ut activa est considerata, est five dispositio, five indispotio, sed ut elicitioem actus, etiam si dicitur magis perfecta, & inclinata ad elicitioem actus, etiam si per impossibile posset producere actum in subiectum indispotum, ergo potius habitus respicit potentiam ut activam, quam ut passivam. Tum quia agens, dum potentiam non habet subiectum indispotum positive, sed nudum, introducit formam perfectiorem, quam potest producere, ergo si habitus se teneret ex parte principii passivi, æquè potentiam in seipsum nudam, vel habitatum produceret similes actus, & eodem modo, quod est fallum, patet consequentia, quia actio agentis non retardatur, nisi à contrario. Contra secundam, quia vel habitus informando potentiam augeat virtutem ipsius, vel non, si secundum ergo eodem modo augeat virtutem sine habitata, five non, & consequenter eundem semper causabit actum; si primum, ergo non tantum in genere causæ formalis, verum etiam efficientis concurrat ad actum, quatenus adjuvat coagendo, & multiplicando vim activam, non enim potest intrinsecè augeere potentiam, cum non sit intensibilis, sed solum augeat extrinsecè. Huc spectat dictum D. Aug. lib. de bono conjug. cap. 21. *Habitus est quod aliquid agitur.*

40 Accedit principaliter ex Scoto lit. I. quo utitur Arriaga pro nostra fide. quod potentia habitata minorem conatum adhibet ad producendum v. g. actum ut quatuor, quam si esset sine habitu, ergo habitus debet supplere concursum activum potentia; quod nonnisi per alium concursum activum suppleri debet; antec. patet experientia, conseq. prob. quia maior, vel minor conatus potentia; est maior, vel minor concursus eiusdem. Dices cum Averl. habitum esse rationem agendi potentia; & non causam. Sed vel per rationem agendi intelligit id, quo causa influit in effectum, vel conditionem ipsius causæ; si primum, ergo quia habitus est quid realiter distinctum à potentia, non solum erit quo, sed etiam quod, ut calor in igne est intrinsecus, & sic habetur intentum; si secundum ut videtur, ipse innuere in exemplo adducto de motivo voluntatis, & respondendo ad tertium iam coincidit cum Hurr. & impugnat adhuc, quia vel est non habitata aliquid producit perfectiorem actum, quam faciat habitata; vel est conditio quædam iuvans solum, at non videtur, quomodo possit explicari iuvamen illud, cum se tenet ex parte potentia; nisi per concursum partialem licet subordinatum, quia potentia non acquirit novam vim activam intrinsecè, imò potentia non habitata semper ageret, quando non est impedita, iuxta intentionem potentia; habitata; & accedunt rationes supra adductæ.

41 Secunda pars, quo habitus concurrat ad totam entitatem actus, non ad solum modum, prob. à Scot. in 4. citat. universali-ter; prius essentialiter non potest dependere ab aliqua causâ, à qua non dependat posterius essentialiter, sed actus est prior essentialiter suo modo, ergo nequit iste modus ab habitu totaliter dependere, à quo actus nullo modo dependeat; vel si poneretur, quod potentia concurrat ad illum modum, sic habitus esse superfluum; major patet, quia si non dependeret ab illo, posset esse sine illo, sine quo tamen prius essentialiter non potest esse, & sic non esset posterius essentialiter. Accedit, quod habitus, & potentia se habent ut causa prima, & secunda, quia sunt causæ subordinatæ, at tales causæ non habent effectus distinctos, quia respectu neutrius hæc diceretur prima, illa secunda.

42 Secundò, prob. in speciali, & primò quod non sit causa intensiois tantum, probat r. d. 17. cit. G. quia intentio actus non est aliquid accidens ipsius, sed gradus intrinsecus, seu pars integralis intensiva ex dictis disp. 3. de Gen. ergo nequit habitus causare intensioem, quin causet aliquid entitatis actus, neque potentia causare actum, quin illum producat in certo modo. Accedit, quod quando aliqua causa naturalis concurrat cum libera, quamvis in agendo sit illi subordinata, quando tamen agitur, necessarîo quantum potest agit, ergo si habitus concurrat ad necessarîo quantum potest agit, ergo si voluntas solum ad substantiam actus, semper voluntas elicit actum intentum, iuxta activitatem habitus, etiam si ex modo, vel maximo conatu operaretur. Quod vero non producat facilitatem in actu prob. quia quod potentia facili-ter, vel difficilius operetur, non est modus actus potentia; Tum quia difficultas in eliciendo non est illa carentia facilitatis, sed quod positivum, scilicet retardatio potentia; proveniens ab habitu opposito, & tamen illa difficultas non est modus actus, sed potentia; quia habitus oppositus nihil causat in actu opposito, ergo ne-

que facilitas erit aliquid pertiniens ad actum, sed ad potentiam. Tum quia supra ostendimus habitum concursu proprio supplere concursum potentia; sed potentia attingit entitatem actus, ergo etiam habitus.

43 Dicimus secundò, habitus cum potentia concurrere potest ad actum seipso intensiores, & etiam excedentes vires potentia;. Colligitur ex Scot. l. d. 17. q. 1. Prima pars prob. si habitus ut duo respectu actus ut quatuor solum ad duos primos gradus con- gradus eliceret, quam reliquos, quod est contra experientiam; sed prob. quia ad primos, iuratur direcdè ab habitu, non ad alios. Secunda pars prob. ex habitu, & potentia integratur perfectior causa, quam sit potentia sola, ergo potest produci perfectior à potentia habitata, si secundum omnes vires ageret, quam à potentia nuda. Resp. Suarez, tunc verò integri perfectiorem causam ex duabus partialibus, sed quæ in altero agente partiali est virtus ad illam majorem perfectionem effectus, quod non adest in præsentî, nam potentia ex se est determinata v. gr. ad quartum gradum, & habitus non potest excedere quartum gradum, quia non augeat, nisi ab actibus intensivioribus, qui solum ut quatuor possunt esse à potentia. Hæc tamen responsio est falsa, quia sufficit, quod in toto aggregato ex causis partialibus adest virtus proportionata ad effectum producendum, præsertim in causis æquivoicis, duo enim pondus ut unum possunt producere impulsu ut duo, qui in nullo illorum seorsim virtualiter continetur. Tum quia fallum est fundamentum, quod habitus solum ab actibus intensivioribus augeatur, ut vidimus q. præc. Tum quia si potentia ageret totis viribus, produceret actum ut quatuor, ergo tunc habitus nihil ageret, & tamen est causa naturalis.

44 Quæritur quæ sit virtus potentia;, & habitus. Respondet quæ sit virtus potentia;, & habitus sunt duæ causæ partiales actus, tam quoad substantiam, quam quoad modum, non tamen ex æquo concurrentes, ut duo trahentes navim, sed essentialiter ordinatæ, ita tamen quod inferior non accipiat virtutem à superiori; causa vero superior erit potentia;, & quia utitur habitu, est illimitate extensivè, causat saltem mediâtè habitum, & tandem quia si habitus esset causa superior, voluntas habitata necessitaretur in operando. Dat exemplum lit. R. si esset in lapide gravitas, quæ non esset sufficiens principium activum motus deorsum, esset tamen partia- le, illa gravitas cum potentia principiatè movente potest age- re, ita quod potentia alia motiva ex æquali conatu agente, & se ipsa, descensus esset tardior, quam esset ille descensus pro- veniens à potentia movente simul cum gravitate; at tamen potentia motiva extrinsecè cum majori conatu posset agere veloci- ter, vel magis movere corpus, cui nulla inesset gravitas; ita in proposito habitus movet potentiam quasi quoddam pondus in genere causæ formalis, qui tamen ex se non sufficit ad elicitioem actus, sufficit tamen sola virtus potentia;, sed quando ambo concurrunt, sed ita quod non sit maior conatus ex parte potentia; nunc, quam prius, perfectior elicitur actus, quam fieret à sola potentia. Et hoc, subiungit Doctor, potest nullatenus experiri, nam habitatus perfectior operatur seipso non habitata, etiam si æquali ageret conatu, quæ major perfectio necessarîo in activitatem habitus est refundenda; quod non esset, si habitus non esset principium activum.

45 Contra 1. conclus. arguitur, unus actiois forma una est potentia;, iuxta auct. requirit principium formale per se unum, quo eliciatur, sed ex habitu, & potentia fit unum per accidens, ergo &c. Tum 2. accidens non est principium agendi in subie- ctum propriam, actus recipitur in eodem subiecto, in quo est habitus, ergo habitus non est principium activum potentia; in ordine ad actum. Tum 3. potentia sensitivè non habiunt in sensu secundum Dam. dicitur, non dicit, ergo habitus in ipis non est activus. Tum 4. nulla specie distincta sunt sibi invicem causæ æquivoicæ, quia causæ æquivoicæ eminentes continent effectus, & consequenter est perfectior, sed actus, & habitus differunt specie, & actus est causæ habitus, ergo &c. Tum 5. duo effectus quando funt respectu causæ communis ordinati inter se, primus secundum totam speciem præcedit secundum, itant non varietur ille ordo in subiectivis individuis, sed actus, & habitus respectu potentia; sunt effectus ordinati, & actus aliquis præcedit habitum de necessitate, non è contra, ergo habitus omnino non præcedit actum ut causa eius per se. Tum 6. actus est causa æquivoica perfectior, quam sit habitus, ergo si potentia cum habitu potest in actum perfectum, multo magis ut est sub- actus generativo habitus, posset in illum actum, quod est fallum. Tum 7. si habitus supplet facultatem aliquam potentia;, ergo posset dari habitus aliquis, qui totaliter suppleret facultatem potentia;, quod implicat.

Resp. ad 1. ex Scot. sæpe cit. lit. T. unus actiois unam esse potentiam, & unum principium in uno ordine, possunt tamen esse plura in diverso ordine, dummodo constant unum principium unitate ordinis in principando, five illa faciunt unum per se, five unum per accidens, ita se habent habitus, & potentia. Ad 2. negat maiorem, ut patet de specie intelligibili, respectu intellectiois. Ad 3. negat assumptum, quia sensus est etiam ad- iudus, sed non libere, & hoc vult Dam. non enim sensus dicit idem non habere dominium super actioem, sed dicitur, quia de- terminatur ab objecto ad agendum. Ad 4. ait maiorem esse ve-

ram de causis totalibus, de quibus etiam procedit probatio, non vero de causis partialibus, sicut est habitus respectu actus. Nec urget, quod ait Averl., causam partialem æquivoicam debere continere effectum secundum aliquam proportionatam rationem; Quia habitus partialiter continet actum, cum sit quasi semen actus, & solum ad similes actus inclinat, non idcirco tamen est nobilior, quia non continet totaliter. Ad 5. respondet duos effectus inter se posse habere ordinem mutuum in ratione causæ partialis; tum quia potentia non est causa immediata habitus Ad 6. neg. conseq. quia non est necesse perfectius posse in quod- libet producibile ab imperfectioribus, ut Sol proclit aurum, non tamen omnem effectum calcaum ab auro. Ad 7. neg. seq. quia non sunt causæ eiusdem ordinis, sed alterius, ut patet de intel- lectu, & specie intelligibili.

46 Secundò, potentia se sola potens est causare actum tam secundum substantiam, quam secundum intentionem, ergo frustra ponitur alia concausa partialis, quia nulli debet attribui activitas aliqua, vel alicui denegari perfecta causalitas, nisi necessitas urgeat. Tum 2. maior facilitas in elicitioe non infert causalitatem habitus erga actum, ergo &c. antec. prob. ante actionem voluntas sensit se inclinatum ad actum, & facilitatem; ita facilitas præcedit actionem, sicut difficultas è contra præc. actionem, ut patet in homine gilico fed temperatè comedente, ergo ante actionem habitus exercet solum munus, quod est inclina- re potentiam ad actum. Tum 3. quia habitus efficit potentia; cum habeat eandem virtutem.

Resp. ad 1. negando potentiam habere virtutem producendi actum tam intentum, si cum æquali conatu ageret, concedimus, si cum majori conatu; & quoniam non semper potentia agit, quantum potest, & tamen usu perfectiorem actum elicit, idcirco inferendum est, habitum quoque ad actum concurrere; quæ non est necessarius simpliciter, nec omnino superflua. Ad 2. ait Arriaga habitum duplicem exercere causalitatem, prima est erga potentiam in genere quam formalis, quia fit media informa- tione, & est facilitate, & inclinatio potentiam ad actum, & hæc præcedit actionem, ut rectè probat argum. Secunda est erga actum in genere causæ efficientis coagendo cum potentia ad actum intentum, & hæc non præcedit. Dices habitus exerceret causalitatem formalem erga potentiam media informatione, quia semper informat illam, semper quoque expeririur in nobis talem impulsu, & propensionem ad actum, effectus enim causæ formalis nequit impediri, quod tamen est contra experientiam. Respondet idem neg. conseq. quia sicut voluntas nequit operari nisi pægia cognitione objecti, sic nequit expeririur talem propensionem, nisi præcedat cognitio illius objecti, & quia non semper habetur talis cognitio, ideo nec semper expeririur inclinari, hæc enim facilitas est effectus formalis secundarius, & extrinsecus, non primarius, quia propter non semper ponitur, etiam si habitus continue informat potentiam. Ad 3. neg. seq. potentia se sola potest causare actum, & est ab habitu independens, ut habitus dependet à potentia; & se solo nihil potest efficere.

47 Contra 2. arguit Suarez, habitus nonnisi per intensiores actus producit, ergo non concurrat ad productionem illorum, quia sicut in sola potentia, est virtus productiva actum generati- tum habitum, ita in sola potentia erit virtus producendi actum intendentes habitum. Tum 2. habitus esse simpliciter necessarius ad producendum actus excedentes vires potentia;, & non tantum secundum quid, quod est contra definitionem habitus. Tum 3. tunc habitus ab illo actu intensiori intendere, & consequenter quamvis se solo non posset intendere illum actum, si permaneret, at tamen cum potentia posset intendere, & intentio actus intendere denuo habitus, & sic essent sibi invicem causæ, & fieret processus in infinitum.

Resp. neg. antec. ex dictis quæ præced. Ad 2. neg. seq. sufficit enim quod potentia possit similes actus in specie producere, ad hoc ut dicatur necessarius secundum quid; aliter quia non potest eum eodem conatu producere actum ista intentione, sicut facit cum habitu, jam respectu istius actus habitus esset necessarius simpliciter, Ad 3. non esse sibi invicem causas effectus eisdem, sed diversorum scilicet in ordine ad illos novos gradus producos, ut innuimus quæ præced. ubi etiam negavimus de factio processum in infinitum.

Quomodo autem concurrat habitus ad alienos actus diximus in Log. disp. 12. q. 3. dum extensionem habitus scientia; explicuimus; solum hic est not. non concurrere ad istos actus per verum influxum realem, quia cum gradus generici non distinguantur reali- ter à specificis, sed tantum formaliter, non potest aliqua causa physica unum gradum attingere non attingendo alterum, non solum ergo concurrat inclinando potentiam ad objectum generi- cum.

QUESTIO VI.

De habituum defensione.

48 Multis de causis solent habitus corrumpi, quas omnes oportet examinare. Primò habitus corrumpuntur à contrariis actibus; ita Scotus 3. p. 33. B. & dist. 36. C. ubi advertendum, actum non corrumpere forma-

formaliter habitus, sed tantum virtualiter, quae oppositio pertinet ad genus agentis aequivoque, quare effectivè concurrunt; & quia non datur actio corruptiva per se, sed tantum per accidens, hinc actus prius debet producere habitum proprium, qui postea formaliter concurrat ad destructionem oppositi habitus, iuxta dicta disput. 5. de Gen. qu. 4. quod casu philosophandum erit scilicet in aliis qualitatibus contrariis, & quodcumque habitus oppositi non excedunt illum capacitate, unum non destrui ab alio, ut de calore, & frigore non excedentibus gradus intentos diximus disp. 1. de Gen. qu. 1. r. 1. ratio esse potest, quia nulla apparet disparitas, Tum quia si quis haberet aliquem habitum temperantiae, si exercetur in actibus intemperantiae, in initio etiam acquirit facilitatem ad illos, & aequaliter videtur inclinatus ad utrumque. Attamen si quis vellet aliter, habitum esse talis naturae, ut secundum introductionem unius habitus corrumpatur tantumdem de opposito, quantum fit difficultas probationis, est etiam difficultas impugnationis; corrumpuntur autem habitus ab actibus iuxta proprias activitates.

49 Dices scientiam, error, & opinio sunt inter se impossibiles, sicut & actus ipsorum, ratio est, quia habitus erroris inclinat ad affirmacionem, vel negacionem alicujus praedicati de aliqua re, quam inclinacionem omnino destruit actus scientiae; unde Doctor in 3. distin. 24. M. loquens quomodo scientia fiet cum opinione, ait, quod habitus contrarii, si causant effectus incompatibiles, sunt impossibiles in causando, tales sunt scientia, opinio, & error, quia actus eorum etiam in gradibus remissis sunt impossibiles.

Respond. neg. assumptum, ratio est, quia si aliquis haberet opinionem, vel errorem habitualem, & postea demonstrationem acquireret, si post aliquod tempus oblivisceretur illius mediū demonstrativū, adhuc erit promptus ad eliciendos syllogismos illos philosophicos, vel probabiles, signum evidens, quod non fuit totaliter corruptus ille habitus. Tum quia non est major ratio de habitibus temperantiae, & intemperantiae, ac de habitibus scientiae, & erroris; ad probat. dicimus non esse naturam de actibus, & de habitibus, quia etiam actus temperantiae, & intemperantiae omnino incompatibiles; ratio disparitatis est, quia actus proxime, & immediate tendunt in obiectum, ut habitus remotè, potentialiter, & per modum inclinacionis; patet autem non repugnare, potentiam inclinatam in aliquod obiectum actum tendere in oppositum, ut repugnat in duo obiecta opposita simul tendere. Ad Scotum dicimus, non docuisse absolute habitus incompatibiles, sed addidisse notanter in causando quia verum est non posse habitus oppositos habere firmi proprios actus, & quamvis ibi dicat scientiam destrinere opinionem, non tamen se explicat, an flatim, vel paulatim corrumpat, quare explicari debet juxta ea, quae de aliis oppositis habitibus asserit, scilicet actus oppositos eo modo corrumpere oppositum habitum, quomodo proprium producent efficienter, non formaliter, nec flatim totaliter, sed paulatim. Inhabilis, si hoc esset, ergo quia species impressae contrariarum flant simul in esse intento, eo quod esse principium oppositorum actuum nullam dicit oppositorem, etiam habitus, quia spectant ad actum primum, possent esse simul in esse intento. Respond. neg. conseq. quia species sunt principia simpliciter necessaria completae potentiae, in actu primo proximo; actus habitus sunt inclinationes non simpliciter necessariae ad actus, & sicut eadem potentia ut sic potest in opposita, ita potest esse informatà oppositis speciebus, ac sicut non potest esse eoque inclinata ad opposita, quia inclinatio non relinquere potentiam indifferenter, ut faciunt species, sed trahit illam ad unam partem, ideo nequit esse habitus contrariis informatà in gradibus intentis; unde habitus erit quid medium inter actum, & potentiam.

50 Dices etiam; sit aliquis habens habitum virtutis intentum ut octo, eliciat actum virtutis oppositum, in eo instanti, in quo elicitur actus, & tunc retardat voluntatem ab illo actu, ergo habitus vitiosus per totum illud instantis existit, aliter idem in eodem instanti temporis esset, & non esset, ergo per eo instanti temporis actus nihil casus de habitu virtutis, nec postea, quia haberet activitatem eandem, quam habebat in instanti, ergo &c.

Huius argumentum respondet Arriaga, supponendo nullum actum existere pro solo instanti, sed pro aliquo tempore quatumvis minimo, hinc respondet actum pro primo instanti, in quo liberè fit, non producere habitum bonum, nec minuire vitiosum, sed in secundo instanti, quia tunc necessario existit, & voluntas non est amplius indifferens, sed determinata, unde nec retardatur amplius, sicut prius. Sed hæc responsio non satisficit, quia si in primo instanti actus nequit producere habitum bonum propter impedimentum oppositum, ergo neque in secundo instanti, ut arguebatur, quia majorem activitatem postea non acquirit, ut ostendimus disp. 2. de Gen. num. 16. Tum quia fallum est actum esse necessarium post primum instanti, quia sicut liberè elicitur, ita liberè continuatur, & conservatur, aliter post instanti non esset peccatum, de culpa ratione est, quod fit liberum.

Respond. igitur in eodem instanti temporis, in quo actus elicitur producti habitum bonum, & remittit vitiosum, si actus est tantae activitatis, ut possit superare impedimenta; nec est verum

in illo instanti voluntatem retardari ab habitu vitioso secundum totam intentionem illius habitus, sicut retardabatur ante illud instanti, quia ante voluntas non superabat resistentiam, in instanti superat determinando se ad actum bonum; eo vel maxime quod non requiritur ad causacionem, quod quassa tempore præcedat effectum ex dictis disp. 8. Phyl. q. 2. art. 2. & introductio formae novae est prior naturæ expulsiōne formae antiquae ex disp. 5. de Gen. q. 4.

51 Sed contra insurgit Arriaga in instanti eliciōnis actus voluntas prius natura fuit indifferens etiam ad actum oppositum, ergo in eo instanti pro priori natura exiit habitus oppositus, pro conseq. quia ille habitus hic, & non, si voluntas voluit, sit elicere actum vitiosum, erat futurus causa illius actus, in quo poterat esse actus, ergo etiam habitus fuit in illo instanti. Respond. hanc replicam lumere vim ex falso intellectu instanti naturæ, quae non debent explicari per verbum est, non enim instans naturæ est mensura existentiae rei, ita ut in uno fit, & in alio non existat, sed per verbum intelligi cum fundamentum in re, vel quia adest dependencia inter illa, ut diximus disp. 9. Log. & fallum est, voluntatem in priori instanti naturæ esse verè indifferenter ad actum oppositum in sensu, quem intelligit Arriaga, quia tunc haberet actum in eodem instanti temporis, qui illum elicit, & simul non haberet, quia intelligitur indifferens, seu sine actu, quod ipse Arriaga nec etiam concederet. Dicitur ergo voluntas in priori instanti naturæ indifferens, non quia non habet actum, sed intelligitur talis, quatenus est independens ab actu, & universaliter in eo sensu, in quo quaelibet causa dicitur præcedere naturam suam effectum, ut diximus disp. 8. Phyl. cit. hinc ad argum. admittimus antec. in sensu explicato, & negamus conseq. ad prob. negamus etiam in eo instanti temporis voluntatem in sensu composito potuisse elicere actum vitiosum, quia nunquam fuit sine actu bono in illo instanti, poterat in sensu diviso, si non determinasset se ad actum bonum, & consequenter poterat habitus vitiosus concurrere ad actum vitiosum, ex quo non debet inferri habitum vitiosum existere in illo instanti, sed in tempore præcedente; vide infra disp. 7. q. 2. art. 2.

52 Secundo, habitus corrumpi possunt ad variationem subiecti; dupliciter autem potest subiectum variari, vel quoad entitatem, vel quoad dispositiones; primo modo variatur, cum per nutritionem refluantur partes corporis, & consequenter organa potentialiarum, in quibus residunt habitus materiales, qui necessario ad destructionem illius partis destruantur, idcirco in nova parte non erit habitus, nisi per exercitium actuum de novo generetur; quo casu habitus potest esse interior in una, quam in altera parte, quae variatio intensiois minuit inclinacionem potentiae, & habitus activitatem; Secundo modo per quaedam novitas qualitates potest corrumpi habitus in organis sensibilibus, sicut & species sensibiles, idcirco interdum non solum species, verum etiam inclinaciones corporis ad mutationem ipsius permittantur, signum est, quod etiam post specierum recuperationem non habetur facilis pristina. Et quoniam secundum nos potentia sensitiva completa non dicitur duo, sed unum certum completa sensitiva, sed unum certum completa, & organo integratum, in quo tunc immediate recipiuntur actus, idcirco habitus quoque in toto completo existunt. Quae doctrina est verè de omnibus habitibus sensitivis contra Suarez disp. 44. Met. sect. 12. num. 15. ponentem habitus quosdam in potentis animæ distinctos ab habitibus organorum.

53 Tertiò Val. part. 2. q. 5. de habit. punct. 2. & Averl. qu. 49. sect. 10. concedunt habitus, non solum per actus contrarios, verum etiam disparatos corrumpi, quatenus potentia, cum fit limitata, & habitus sit major quodammodo inclinatio ultra virtutem innatam potentiae, non poterit potentia ad tot. & varia obiecta esse simul propensa, idcirco per novos habitus disparatos minuitur habitus præcedentes desinunt à suis actibus; & hoc, inquit, patet experientia, quod quis cum incipit aliteri circa aliquod obiectum, debilitat prior inclinatio, nec simul est ad varia intense inclinatus.

Sed urgeri potest hic modus ex hoc, quod habitus circa potentiam non exercet causam effectivam, non enim producit aliquid in potentia, sed solum in genere causæ formalis per informationem inclinatio ipsam ad proprios actus, ergo limitatio virtutis activæ in potentia parit rem ad receptionem habitum, quia si habitus respicit potentiam in genere causæ formalis, respicitur à potentia in genere causæ materiali, quomodo subiectum est veluti infinitè capacitas, nisi forte inter se repugnent, ergo habitus disparati nullo modo se impediunt informatione potentiae. Ad experientiam in contrarium dicemus infra.

54 Quarto, Ocham in 4. d. 12. ad 1. Gabr. in 3. d. 23. q. 1. art. 3. dub. 6. Argent. q. 1. art. ad 6. & inclinat Salas, p. 2. tr. 10. disp. 6. sect. 3. asserunt habitus etiam otio corrumpi per cessationem ab actibus, quia inquit, pendunt in fieri, & conservari actibus, non quod cessante actu flatim cesset habitus, quia sic nullus dicitur habitus, sed vel quod cessante actu habitus flatim incipiat diminui, vel quod persistat per aliquod tempus, quo transito, nisi demò fovetur actibus, incipiat destrui, sicut dicitur de impulsu.

Sed communior opinio tenet oppositum, nunquam scilicet ex cessatione actus habitus corrumpitur, sicut colligi ex Scot. 2. d. 3. q. 10. F. & 4. d. 6. q. 10. O. & 4. q. 1. A. & q. 3. P. & L. docent habitum esse qualitatem permanentem de difficili mobiliem à subiecto; & potest prohiberit fundari, quia si cessante actu flatim deiceret paulatim acquireret habitum, quia prima pars à primo actu causata deiceret ante adventum secundi actus, si verò permaneat per aliquod tempus, & postea cessat, jam deberet assignari aliqua causa destructionis, & variacionis. Tum quia vel cessat continuò, vel per moras intermedias, aut totaliter, & subito, non tertium, nam experimur post longum tempus habitum diminutum, non totaliter destructum, non secundum, quia cum partes illae sint ejusdem rationis, non est major ratio, cur una diu duret; quam aliam inciperet deferre, brevi intervallo destrueretur totus habitus, quod est contra experientiam.

55 Dices, experientia constat, habitus sola cessatione ab actibus destrui, ita Arist. de longitudo & brevitate vitae c. 2. ait, scientiam deperdi sola oblivione, quo oblivio est per cessationem actuum; & 2. Eth. c. 3. in fine ait virtutem ab illidem, à quibus fit, augeri, & corrumpi, cum scilicet non eodem modo existit, id est augeri per usum, corrumpi per non usum; & lib. 8. cap. 5. inquit, diuturnam abentiam non solum operationes, verum etiam amicitias dissolvere per oblivionem. Scotus etiam 4. d. 14. q. 1. D. docet quaecumque dispositionem, vel habitum post fluxum temporis deferre esse, nisi

firmaretur per frequentes actus. Respon. habitus sola cessatione actuum, vel oblivione per accidens corrumpi, quatenus cessatio ab actibus est in causa ut in plurimum, quod celerius actus oppositi, si qui non exercet actus temperantiae, saepius exercet actus intemperantiae, quapropter etiam hoc modo habitus intellectuales, & spirituales corrumpuntur; vel si tales actus non elicentur, habitus sensitivi corrumpuntur ad destructionem subiecti, & cessatio ab actibus est causa, quod non refluantur; ex quo fit, quod etiam habitus intellectuales, & voluntarius non possit exire in actus suos, quia pro statu illo nihil intellectus intelligit, nisi prius species sensibiles moverit phantasia, & quoniam ita species corrumpitur, idcirco quomvis intellectus habeat speciem intelligibilem, non tamen potest intelligere, ut suo loco dicemus; idem de habitibus asserendum, quod quomvis intellectus sit habitatus, non tamen potest exire in actum, nisi prius phantasia operetur. Per idem ad Scoti auctoritatem, non enim ibi se declarat, an per se, vel per accidens corrumpatur habitus.

Inhabis, etiam posita ista operatione phantasiae adhibe intellectus, vel voluntas difficultat operantur, & prius facilius operabantur, ergo habitus illi fuerunt sola desinacione actuum corrupti. Negatur conseq. quia difficultas illa provenit à potentia sensitiva, cui potentia rationalis est alligata, & hoc quia non est habitata, sicut prius, & consequenter movet potius ad oppositum. Per hæc patet ad experientiam adductam à Val. & Averl.

DISPUTATIO QUARTA

De potentiis vegetantis, & sentientis animæ in communi.

Post replicationem eorum, quæ ad animam pertinent in communi, ad species est descendendum, & quoniam quæ de ipsi animabus vegetantis, sensitivæ, & rationalis in se spectatis inquiri possunt, iam in prima disputatione fuerunt discussa, nunc scilicet sint corruptibiles, vel incorruptibiles, divisibiles, aut indivisibiles, &c. solum de potentiis earum remanet agendum; in presenti sermonem institumus de potentiis vegetativæ, & sensitivæ, de primis pauca dicemus, quia suse de ipsis egimus disp. 8. de Gen. de secundis solum tractabimus in communi; in sequenti ad particulares potentias deveniemus.

QUÆSTIO I.

Qua sit potentia vegetantis animæ, & quomodo distinguatur.

Pincipium vegetandi esse verè animam diximus superius disput. 1. quæst. 3. quæ ratione communitatis est omnium animarum primam, ut habet Arist. de An. 34. nullum enim vivens reperitur corporeum, quod hujusmodi gradu non possit. Huius animæ præcipue operationes tres solent assignari, scilicet nutritio, augmentatio, & generatio, de quibus fuisse egimus in lib. de Gen. disp. 8. non quod necessario in omnibus viventibus debeat simul, & semper habere exercere operationes, nam licet nutritio, & augmentatio omnibus conveniat, non tamen generatio, reperitur enim quædam plantarum, & animalium species, quæ solum ex putri tum generalia, nec possunt univoce generari, ut diximus disp. cit. q. 3. & hæc generandi potentia non competit illis ab extrinsecis, & propter aliquod impedimentum, sicut contingit in spadolibus, sed potius ab intrinseco, & ex propria natura, nam quæ ab extrinseco eveniunt, non necessario toti speciei competunt, sed alicuius individui; cum igitur videamus omnia huiusmodi viventia hunc generari, & ab intrinseco provenire, sicut etiam experimur de anima sentiente, quæ non exercet in omnibus sensitivis eadem operationes, quædam enim caret visu, quædam olfactu, &c. Imò nec in his viventibus in quibus anima vegetativa est harum trium operationum principium, si nulli illas exercet; verum quædam est nutritionis, & augmentacionis actus esse connexos, sumendo augmentacionem pro acquisitione cuiuscumque quantitas, ut patet ex disp. cit. de Gen. & statim ac vivens incipit vivere, incipit quoque nutriti, & augeri, non tamen tunc esse potens generare, nisi postquam ad ætatem pervenerit perfectam. Juxta igitur harum trium operationum genera tres solent vegetativæ animæ assignari potentie, scilicet potentia nutritiva, potentia augmentativa, & potentia generativa, quas non esse qualitates quædam ad primum qualitatum temperamentum patet ex dictis disp. 2. q. 1. & disp. 8. de Gen. n. 62.

2. Potentia nutritiva inservit, ut vivens liquidum conservet in esse, ne propter caloris actionem tandem destruat; augmentativa ut perfectam molem acquirat, & generativa, ut vivens naturaliter impossibile, sed in specie. Præter istas actiones dantur quoque alii actus hujus animæ, ut sunt tractio alimentis, cibi

concoctio, superflui expulsiō, necessarij, & utilis retentio, & similes, qui actus, quia ad illas tres operationes ordinantur, idcirco non solent numerari tanquam distincti actus, sicut neque potentiae illis correspondentes, quia sunt facultates illis tribus enumeratis. Dices Aristot. 2. de Anim. 34. duos tantum actus enumerat, scilicet generare, & alimento uti; tum quia 1. de Gen. anim. cap. 20. ait generare esse omni viventi commune, ergo hæc potentia simul in omnibus adest. Resp. per ly uti alimento comprehendit Arist. potentiam nutritivam, & augmentativam, eoque actus isti sunt ad invicem connexi; ut deinde declarat in text. 38. & seq. vel quia sunt eadem realiter potentia, ut dicemus. Ad aliud dicimus, sentium non esse, quod omnium viventium in genere, in specie, & individuo commune fit generare, fed omnium viventium in genere animatorum, sive informatà sint anima rationali, sive sensitiva tantum, sive solum vegetativa, quia ex omnibus istis generibus aliqua species, imò plures sunt, quæ libe-nibile generant, unde ly commune supponit pro generibus singulari, non pro singulari genere.

3. Ex his operationibus generationem ait Arist. 2. de An. 34. esse inter cætera naturalissimum opus viventium perfectiorum, & quæ mutilata non sunt, aut solum ex putri generabilia; idcirco quærant Doctores rationem, cur ab Arist. generatio naturalissimum opus fuerit appellata; sed non est immorandum, clarè enim ibi se explicat Aristot. dum allatam propositionem subiungit; Ut ipso semper, & divino participans, secundum quod possit, omnia enim illud appetunt, & illius causa agunt omnia, quæcumque agunt secundum naturam, & text. 35. Quomodo igitur communicare non possunt ipso semper, & divina continuant, præterea quod nobis corruptibilia idem, & unum numero permanent, secundum, quod possit participare unumquoque sic communicat, hoc quidem videtur, illud vero minus, & permanet non ipsum, sed quale ipsum, numero quidem non unum, specie autem unum; quibus verbis evidenter se declarat Arist. cur actio generativa sit opus naturalissimum, nam cunctæ res appetunt esse, & permanentiam perpetuam, ut primo inter divino assimilantur, vel ut esse semper habeant, quod participativa divinum dici potest; ac quoniam impossibile est, vivens idem numero semper durare, cum sit corruptibile, idcirco providit natura de hac potentia generativa, qua producendo aliud simile in specie assequitur vivens aliquatitè propriam conservacionem, & si non in individuo, saltem in specie, quam per nullam aliam operationem consequi possit, per nutritionem enim licet conservetur individuum in esse, & consequenter etiam species, non tamen perpetuo, quia ut vidimus disp. 8. de Gen. q. ult. omne vivens per actionem nutritivam tandem consumitur.